4 Et sepívit eam, et lápides elé*git ex* **il**la, * et plantávit eam e**léc**tam. ℟. Domus.

5 Et ædificávit turrim in mé*dio* **eius**, * et tórcular extrúxit in **ea**. ℟. Domus.

6 Et expectávit ut fá*ceret* **u**vas, * et fecit la**brú**scas. ℟. Domus.

7 Nunc ergo habitatóres Ierúsalem, et *viri* **Iu**da, * iudicáte inter me et víneam **me**am. ℟. Domus.

8 Quid est quod débui ultra fácere ví*neæ* **me**æ, * et non feci **ei**? ℟. Domus.

9 An quod expectávi ut fá*ceret* **u**vas, * et fecit la**brú**scas? ℟. Domus.


10 Et nunc os*téndam* **vo**bis * quid ego fáciam víneæ **me**æ. ℟. Domus.

11 Et ponam eam desértam: non putábitur et non fodiétur: ’ et ascéndent ve*pres et* **spi**næ: * et núbibus mandábo ne pluant super eam **im**brem. ℟. Domus.

12 Vínea enim Dómini **Sá**baoth. ℟. Domus.

Psalmus responsorius post IV lectionem C 2 g

Canticum Moysis



2 Concréscat ut plúvia doctrína **me**a, * fluat ut ros elóquium **me**um. ℟. Date.

3 Date magnificéntiam Deo nostro. ’ Dei perfécta sunt **ó**pera, * et omnes viæ eius iu**dí**cia. ℟. Date.

4 Quando dividébat Altíssimus **gen**tes: * quando separábat fílios **A**dam. ℟. Date.

5 Constítuit términos popu**ló**rum * iuxta númerum filiórum **Isra**ël. ℟. Date.

6 Pars autem Dómini, pópulus **ei**us: * Iacob funículus hereditátis **ei**us. ℟. Date.

7 Invénit eum in terra de**sér**ta, * in loco horróris, et vastæ soli**tú**dinis. ℟. Date.

8 Circumdúxit eum, et **dó**cuit: * et custodívit quasi pupíllam óculi **sui**. ℟. Date.


9 Constítuit eum super excélsam **ter**ram: * ut coméderet fructus **agró**rum. ℟. Date.

10 Ut súgeret mel de **pe**tra, * oleúmque de saxo du**ríssi**mo. ℟. Date.


De prima parte litaniarum

Lectionibus expletis cantantur litaniæ sanctorum (quin tamen duplicentur) usque ad invocationem Propítius esto.






Sancta Ma-**rí-** a, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancta De- i **Gé**netrix, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancta Virgo **vír**ginum, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancte **Mí**cha-ël, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancte **Gá**bri- el, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancte **Rá**pha-ël, o-*ra pro* **no**-bis.



Omnes sancti
Ange- li et Arch**án**ge-li, o-rá-*te pro* **no**-bis.
Omnes sancti
beatórum Spirítuum **ór**dines, o-rá-*te pro* **no**-bis.
Sancte Io- ánnes Bap-**tí**sta, o-*ra pro* **no**-bis.
Sancte **Io**seph, o-*ra pro* **no**-bis.
Omnes sancti
Patriárchæ et Proph**é**tæ, o-rá-*te pro* **no**-bis.



Sancte **Pe-** tre, o-*ra pro* **no**bis.

Sancte **Pau**le, *ora.*
Sancte An**dré**a, *ora.*
Sancte Io**án**nes, *ora.*
Omnes sancti Apóstoli et Evange**lí**stæ, orá*te.*
Omnes sancti Discípuli **Dó**mini, orá*te.*
Sancte **Sté**phane, *ora.*
Sancte Lau**rén**ti, *ora.*
Sancte Vin**cén**ti, *ora.*
Omnes sancti **Már**tyres, orá*te.*


Sancte Sil**vé**ster, *ora.*
Sancte Gre**gó**ri, *ora.*
Sancte Augu**stí**ne, *ora.*
Omnes sancti Pontífices et Confes**só**res, orá*te.*
Omnes sancti Doc**tó**res, orá*te.*
Sancte An**tó**ni, *ora.*
Sancte Bene**dí**cte, *ora.*
Sancte Do**mí**nice, *ora.*
Sancte Fran**cí**sce, *ora.*

Omnes sancti Sacerdótes et **Levítæ**, orá*te*.
Omnes sancti Mónachi et Ere**mítæ**, orá*te*.
Sancta María Mag**dalé**na, *ora*.
Sancta **Agnes**, *ora*.
Sancta Cæ**cílía**, *ora*.
Sancta **Agatha**, *ora*.
Sancta Ana**stá**sia, *ora*.
Omnes sanctæ Vírgines et **Víduæ**, orá*te*.
Omnes Sancti et Sanctæ **Dei**, intercédi*te pro* **no**bis.


De translatione aquæ baptismalis

Dum aqua baptismalis defertur processionaliter ad Fontem, cantatur:


Psalmus responsorius C 2 g **Ps. 41**



℣. 1 Quemádmodum de-sí-de-rat **cer**- vus * ad fontes



a- **quá**-rum. ℟. De-sí-derat á-nima me- a ad te,




De- us. ℣. 6 ... con**túrbas** me?

2 Sitívit ánima mea ad Deum fortem **vi**vum: * quando véniam, et apparébo ante fáciem **Dei**? ℟. Desíderat.
3 Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac **noc**te: * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus **tu**us? ℟. Desíderat.
4 Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam **me**am: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum **Dei**. ℟. Desíderat.
5 In voce exsultatiónis et confessi**ó**nis: * sonus epu**lán**tis. ℟. Desíderat.

6 Quare tristis es, ánima **mea**? * et quare con**túrbas** me? ℟. Desíderat.
7 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **illi**: * salutáre vultus mei, et Deus **meus**. ℟. Desíderat.


De altera parte litaniarum

Post renovationem promissionum baptismatis:



Pro-pí-*ti*- *us* **e**- sto, parce no-bis, Dómine.
Pro-pí-*ti*- *us* **e**- sto, exáu- di nos, Dómine.
Ab *omni* **ma**- lo, lí-be- ra nos, Dómine.


Ab om*ni* *pec***cá**to, líbera nos, Dómine.
A mor*te* *per***pé**tua, líbera nos, Dómine.
Per mystérium
sanctae incarnati*ónis* **tu**æ, líbera nos, Dómine.
Per ad*véntum* **tu**um, líbera nos, Dómine.
Per nativi*tátem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per baptísmum
et sanctum ieiú*nium* **tu**um, líbera nos, Dómine.
Per crucem et passi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per mortem et sepul*túram* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per sanctam resurrecti*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per admirábilem ascensi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per advéntum
Spíritus San*cti* *Pa***rá**cliti, líbera nos, Dómine.
In di*e* *iu***dí**cii, líbera nos, Dómine.




Pec*ca*-**tó**- res, te rogámus, audi nos.

Ut no*bis* **par**cas, te rogámus, audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam ’ régere
et conserváre *dig***né**ris, te rogámus, audi nos.

Ut domnum apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines ’ in sancta religióne conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ ’ humiliáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis ’ pacem et veram concórdiam donáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio ’ confortáre et conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus benefactóribus nostris ’ sempitérna bona *re***trí**buas, te rogámus, audi nos.
Ut fructus terræ ’ dare et conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis ’ réquiem ætérnam donáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut nos exaudíre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.






Christe, exáudi nos.

De Missa Vigiliæ paschalis

In fine litaniarum, cantores incipiunt Kýrie, eléison.

Alleluia

Finita epistola, cantatur a sacerdote:




Al-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Et repetitur ab omnibus.


Psalmus alleluiaticus **Ps. 117**

Psalmista




℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quóni- am **bo**- nus: * quó-

Omnes



ni- am in sæcu-lum mi-se-ri-córdi- *a* **e**-ius. ℟. Alle-




lú- ia.

2 Dicat nunc Israël quóniam **bo**nus: * quóniam in sæculum misericórdi*a* **e**ius. ℟. Allelúia.


3 Dicat nunc domus **A**aron: * quóniam in sæculum misericórdi*a* **e**ius. ℟. Allelúia.

4 Dicant nunc qui timent **Dó**minum: * quóniam in sæculum misericórdi*a* **e**ius. ℟. Allelúia.

Tractus **Ps. 116**



℣. 1 Laudá-te Dóminum, om*nes* **gen**tes: * laudá-te e- um,



omnes **pópu**- li. ℣. 2 Quó-ni- am.

2 Quóniam confirmáta est super nos misericórdi*a* eius: * et véritas Dómini manet *in æ***tér**num.


Non dicitur Credo, neque antiphona ad offertorium, neque Agnus Dei.

Pro Laudibus dominicæ Resurrectionis

Expleta communione, cantatur:

Antiphona

VI F




A l-le-lú-ia, * alle-lú- ia, alle-lú- ia.


Psalmus 150



℣. 1 Laudá-te Dóminum in san*ctis* **e**- ius: * laudá-te



e- um in firmaménto vir*tú-tis* **e**- ius. ℣. 2 Laudá-




te. Flexa: bene-so**nán**ti-bus: †

2 Laudáte eum in virtúti*bus* **ei**us: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitú*dinis* **ei**us.
3 Laudáte eum in so*no* **tu**bæ: * laudáte eum in psaltéri*o* *et* **cí**thara.
4 Laudáte eum in týmpano *et* **cho**ro: * laudáte eum in chor*dis* *et* **ór**gano.
5 Laudáte eum in cýmbalis beneso**nán**tibus: † laudáte eum in cýmbalis iubila*ti***ó**nis: * omnis spíritus *laudet* **Dó**minum.
6 Glória Patri *et* **Fí**lio * et Spirí*tui* **San**cto.
7 Sicut erat in princípio et nunc *et* **sem**per: * et in sǽcula sæcu*lórum*. **A**men.


Repetitur antiphona Allelúia.

Ad Benedictus, antiphona

VIII G




E t valde mane * una sabba-tórum, vé-ni- unt




ad monuméntum, or-to iam so- le, alle-lú-ia.


Canticum Zachariæ



℣. 1 *Be-ne-*díctus Dóminus, De- us **Isra-** ël, * qui- a vi-



si-tá-vit, et fe-cit redempti- ónem *ple-bis* **su-** æ:



℣. 2 *Et* *e*-ré-xit.

2 *Et e*réxit cornu salútis **no**bis: * in domo David, pú*eri* **sui.**

3 *Sicut* locútus est per os san**ctó**rum, * qui a sæculo sunt, prophe*tárum* **ei**us:

4 *Salú*tem ex inimícis **no**stris, * et de manu ómnium, *qui o***dé**runt nos:

5 *Ad fa*ciéndam misericórdiam cum pátribus **no**stris: * et memorári testaménti *sui* **san**cti.

6 *Iusiu*rándum, quod iurávit ad Abraham, patrem **no**strum, * datú*rum se* **no**bis:

7 *Ut si*ne timóre, de manu inimicórum nostrórum libe**rá**ti, * servi*ámus* **il**li.

8 *In san*ctitáte et iustítia coram **ip**so, * ómnibus di*ébus* **no**stris.

9 *Et tu*, puer, Prophéta Altíssimi vo**cá**beris: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias* **ei**us:

10 *Ad dan*dam sciéntiam salútis plebi **ei**us: * in remissiónem peccató*rum e***ó**rum:

11 *Per ví*scera misericórdiæ Dei **no**stri: * in quibus visitávit nos, Ori*ens ex* **al**to:


12 *Illu*mináre his, qui in ténebris et in umbra mortis **se**dent: * ad dirigéndos pedes nostros in *viam* **pa**cis.

13 *Glóri*a Patri et **Fí**lio * et Spirí*tui* **San**cto.

14 *Sicut* erat in princípio et nunc et **sem**per: * et in sǽcula sæcu*lórum.* **A**men.


Repetitur antiphona Et valde mane.

Dicta oratione, diaconus (vel sacerdos ipse) cantat:



I-te, missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Omnes:



℟. De- o grá-ti- as, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

Dominica Resurrectionis

Cantus ad introitum






℣. 4 Alle-lú- ia. Quem quæ-ris, mú-li- er? – ℟. Alle-
lú- ia – Vivéntem cum mórtu- is? ℟. Alle-lú- ia, al-
le- lú-ia.
℣. 5 Alle-lú- ia. No-li fle-re, Ma-rí- a: – ℟. Alle-lú- ia –
re-surré-xit Dóminus. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia.
℣. 6 Alle-lú- ia. Dic nobis, Ma-rí- a: – ℟. Alle-lú- ia –
quid vi-dísti in vi- a? ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia.
℣. 7 Alle-lú- ia. Angé- li-cos te-stes, – ℟. Alle-lú- ia –
sudá-ri- um et vestes. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia.




Psalmus responsorius C 3 g

Versiculi e Gradualibus dierum infra octavam Paschæ







di- es quam fe-cit Dóminus.




℣. 2 **Di**-cat nunc Isra-ël quó-ni-am **bo**- nus: * quó-ni-



am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- *a* **e**-ius. ℟. Hæc



di- es. ℣. 3 Di-cant nunc.[1] ℣. 4... déxte-ra Dómini



ex*al***tá-vit** me.

3 Dicant nunc qui redémpti sunt a Dómino ’ quos redémit de manu ini**mí**ci, * et de regiónibus congregávit **e**os. ℟. Hæc dies.


4 **Déx**tera Dómini fecit vir**tú**tem, * déxtera Dómini ex*al***távit** me. ℟. Hæc dies.

5 Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes, ’ hic factus est in caput **án**guli: * a Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis **no**stris. ℟. Hæc dies.


6 **Be**nedíctus qui venit in nómine **Dó**mini: * Deus Dóminus, et illú*xit* **no**bis. ℟. Hæc dies.

[1] Versiculi impares in primo tenore (fa) cantantur; pares autem in secundo (la).


Psalmus alleluiaticus **Ps. 113**




℣. 1 In éx-i-tu Isra- ël de Aegýpto, * domus Iacob de




pópu-lo bárba-ro. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.




℣. 2 Facta est Iudǽ- a sancti- fi-cá-ti- o e-ius, * Isra-




ël po-téstas e-ius. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-




lú-ia.




℣. 3 Ma-re vi-dit, et fu-git: * Iordánis convérsus est re-




trórsum. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.




℣. 4 Montes exsultavé-runt ut a-rí- e-tes, * et colles sic-


ut agni ó-vi- um. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 5 Quid est ti-bi, ma-re, quod fu-gísti: * et tu, Iordá-
nis, qui- a convérsus es retrórsum? ℟. Alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 6 Montes, exsultástis sic-ut a-rí- e-tes, * et colles, sic-
ut agni ó-vi- um? ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-
lú-ia.


℣. 7 A fá-ci- e Dómini mo-ta est terra, * a fá-ci- e
De- i Iacob. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 8 Qui convértit petram in stagna aquárum, * et
rupem in fontes aquárum. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia,
alle- lú-ia.
℣. 9 Non mórtu- i laudábunt te, Dómine: * neque om-
nes, qui descéndunt in inférnum. ℟. Alle-lú-ia, alle-
lú-ia.


℣. 10 Sed nos, qui ví-vimus, bene-dí-cimus Dómino, *
ex hoc nunc, et usque in sǽcu-lum. ℟. Alle-lú- ia,
alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Sequentia


Víctimæ paschá-li laudes * ímmo-lent Christi-
áni. Agnus redémit oves: Christus ínnocens Patri
reconci- li- á-vit peccató-res. Mors et vi-ta du- éllo
confli-xé-re mi-rándo: dux vi-tæ mórtu- us, regnat vi-
vus. Dic nobis, Ma-rí- a, quid vi-dísti in vi- a? Se-

púlcrum Christi vivéntis, et gló-ri- am vi-di re-sur-

géntis: Angé-li-cos testes, sudá-ri- um, et vestes. Sur-

ré-xit Christus spes me- a: præ-cédet su-os in Ga-li-

lǽ- am. Scimus Christum surre-xísse a mórtu- is ve-

re: tu no-bis, victor Rex, mi-se-ré- re.

Antiphona ad offertorium

VIII c

Terra trému- it * et qui- é- vit, dum re-súrge-

ret in iudí-ci- o De- us, alle-lú-ia.

Psalmus 75


℣. 1 *No-tus* in Iudǽ-a **De-** us: * in Isra-ël magnum




2 *Et fac*tus est in pace locus **ei**us: * et habitátio e*ius in* **Si**on. Ant. Terra.
3 *Ibi* confrégit poténtias **ár**cuum, * scutum, gládi*um et* **bel**lum. Ant. Terra.
4 *Illú*minans tu mirabíliter a móntibus æ**tér**nis: * turbáti sunt omnes insipi*éntes* **cor**de. Ant. Terra.


E duabus antiphonis ad communionem quæ sequuntur, eligitur una ad libitum.


Antiphona ad communionem






Psalmus 65








Ant. Pascha. Flexa: in **á**-ridam, †

2 *Omnis* terra adóret te, et **psal**lat **ti**bi: * psalmum dicat nómi*ni* **tuo**. Ant. Pascha.
3 *Ven*í*te*, et vidéte **ó**pera **Dei**: * terríbilis in consíliis super fíli*os* **hó**minum. Ant. Pascha.
4 *Qui con*vértit mare in **á**ridam, † in flúmine pertrans-íbunt **pe**de: * ibi lætábimur *in* **ip**so. Ant. Pascha.
5 *Bene*dícite, gentes, **Deum no**strum: * et audítam fácite vocem lau*dis* **ei**us. Ant. Pascha.
6 *Qui pó*suit ánimam **me**am ad **vi**tam: * et non dedit in commotiónem pe*des* **me**os. Ant. Pascha.
7 *Ven*í*te*, audíte, et narrábo, omnes, qui ti**mé**tis **Deum**,* quanta fecit ánim*æ* **me**æ. Ant. Pascha.
8 *Bene*díctus Deus, qui non amóvit orati**ó**nem **me**am,* et misericórdiam su*am* **a** me. Ant. Pascha.

Glória Patri, p. 390.


vel alia **Antiphona ad communionem**

VI F




A l-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Psalmus 104



℣. 1 *Confi*-témi-ni Dómino, et invocá-te no*men* **e**- ius: *



annunti- á-te inter gentes ó-*pe-ra* **e**- ius! Ant. Al-



2 *Cantá*te ei, et psálli*te* **ei**: * narráte ómnia mirabí*lia* **ei**us! Ant. Allelúia.

3 *Laudá*mini in nómine san*cto* **eius**: * lætétur cor quærén*tium* **Dó**minum. Ant. Allelúia.

4 *Quæri*te Dóminum et con*fir***má**mini: * quærite fáciem *eius* **sem**per! Ant. Allelúia.

5 *Memen*tóte mirabílium eius, *quæ* **fe**cit: * prodígia eius, et iudícia *oris* **eius**. Ant. Allelúia.

6 *Semen* Abraham, ser*vi* **eius**: * fílii Iacob, *elécti* **eius**. Ant. Allelúia.

7 *Ipse* Dóminus De*us* **no**ster: * in univérsa terra iudí*cia* **eius**. Ant. Allelúia.

8 *Memor* fuit in sæculum testamén*ti* **sui**: * verbi, quod mandávit in mille gene*rati***ó**nes. Ant. Allelúia.

9 *Quod dis*pósuit *ad* **A**braham: * et iuraménti su*i ad* **I**saac. Ant. Allelúia.

10 *Et stá*tuit illud Iacob in *præ***cép**tum: * et Israël in testamén*tum æ***tér**num. Ant. Allelúia.

11 *Dicens*: Tibi dabo ter*ram* **Chá**naan, * funículum heredi*tátis* **ve**stræ. Ant. Allelúia.

12 *Peti*érunt, et venit *co***túr**nix: * et pane cæli satu*rávit* **e**os. Ant. Allelúia.

13 *Dirú*pit petram, et fluxé*runt* **a**quæ: * abiérunt in *sicco* **flú**mina. Ant. Allelúia.

14 *Et e*dúxit pópulum suum in exsulta*ti***ó**ne, * et eléctos suos *in læ***tí**tia. Ant. Allelúia.


15 *Et de*dit illis regió*nes* **gén**tium: * et labóres populórum *posse***dé**runt. Ant. Allelúia.

16 *Ut cu*stódiant iustificatió*nes* **eius**, * et legem e*ius re***quí**rant. Ant. Allelúia.

Glória Patri, p. 392.

Tempore paschali, I

Antiphona ad introitum



Psalmus 22



2 *Super* aquam refectiónis **educávit** me: * ánimam meam *con***vértit**. Ant. Ego sum.

3 *Dedú*xit me super sémi**tas justítiæ**, * propter no*men* **su**um. Ant. Ego sum.

4 *Nam, et* si ambulávero in médio umbræ mortis, non ti**mé**bo **ma**la: * quóniam *tu* **me**cum es. Ant. Ego sum.

5 *Virga* tua, et **bá**culus **tu**us: * ipsa me con*so***lá**ta sunt. Ant. Ego sum.

6 *Pará*sti in conspéctu **meo men**sam, * advérsus eos, qui trí*bu***lant** me. Ant. Ego sum.

7 *Impin*guásti in óleo **ca**put **me**um: * et calix meus inébrians quam *præ***clá**rus est! Ant. Ego sum.

8 *Et mi*sericórdia tua **sub**se**quétur** me * ómnibus diébus vi*tæ* **me**æ. Ant. Ego sum.

9 *Et ut* inhábitem in **do**mo **Dómi**ni, * in longitúdinem *di*érum. Ant. Ego sum.

Glória Patri, p. 390.


Cantus inter lectiones hoc modo ordinari possunt:

— vel saltem quinque versiculi I aut II psalmi alleluiatici,

— vel Alleluia cum saltem quinque versiculis.


Idem fit toto tempore paschali.

Psalmus alleluiaticus I D 1 b **Ps. 106**




2 Erravérunt in solitúdine in ina**quó**so: * viam civitátis habitáculi non inve**né**runt. ℟. Allelúia.
3 Esuriéntes et siti**én**tes: * ánima eórum in ipsis de**fé**cit. ℟. Allelúia.
4 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur: * et de necessitátibus eórum erípuit **e**os. ℟. Allelúia.
5 Et dedúxit eos in viam **rec**tam: * ut irent in civitátem habitati**ó**nis. ℟. Allelúia.
6 Confiteántur Dómino misericórdiæ **e**ius: * et mirabília eius fíliis **hó**minum. ℟. Allelúia.
7 Quia satiávit ánimam in**á**nem: * et ánimam esuriéntem satiávit **bo**nis. ℟. Allelúia.


Psalmus alleluiaticus II D I b **Ps. 106**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quó-ni- am **bo-** nus: * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e-** ius! ℟. Alle-




lú-ia, alle-lú-ia.

2 Sedéntes in ténebris et umbra **mor**tis: * vinctos in mendicitáte et **fer**ro. ℟. Allelúia.
3 Quia exacerbavérunt elóquia **Dei**, * et consílium Altíssimi irrita**vé**runt. ℟. Allelúia.
4 Et humiliátum est in labóribus cor e**ó**rum: * infirmáti sunt, nec fuit, qui adiu**vá**ret. ℟. Allelúia.
5 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur: * et de necessitátibus eórum liberávit **e**os. ℟. Allelúia.

6 Et edúxit eos de ténebris, et umbra **mor**tis: * et víncula eórum dis**rú**pit. ℟. Allelúia.
7 Confiteántur Dómino misericórdiæ **ei**us: * et mirabília eius fíliis **hó**minum. ℟. Allelúia.
8 Quia contrívit portas **æ**reas: * et vectes férreos con**fré**git. ℟. Allelúia.


vel **Alleluia** **Ps. 106**

VIII G




A l-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Confi*-témi-ni Dómino, quó-ni- am **bo**- nus: * quó-




ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córd*i*- *a* **e**- ius!

Omnes: Allelúia.


2 *Confi*teántur Dómino misericórdiæ **ei**us: * et mirabília eius fí*liis* **hó**minum. Omnes: Allelúia.
3 *Quia* satiávit ánimam in**á**nem: * et ánimam esuriéntem sati*ávit* **bo**nis. Omnes: Allelúia.
4 *Quia* contrívit portas **æ**reas: * et vectes férre*os con*-**fré**git. Omnes: Allelúia.
5 *Et sa*crífìcent sacrifícium **lau**dis: * et annúntient ópera eius in exsul*tatió*ne. Omnes: Allelúia.
6 *Et ex*áltent eum in ecclésia **ple**bis: * et in cáthedra seniórum *laudent* **e**um. Omnes: Allelúia.

Antiphona ad offertorium

VII a




Ad te de luce * ví-gi-lo, De- us, ut víde- am




virtú-tem tu- am, alle-lú-ia.


Psalmus 62



℣. 1 *Si- tí-*vit in te ánima **me-** a, * quam multi-



plí-ci-ter ti-bi **ca-** ro **me-** a. Ant. Ad te.




Flexa: ina**quó**-sa: †

2 *In ter*ra desérta et ínvia et ina**quó**sa: † sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, * ut vidérem virtútem tuam, et **gló**riam **tu**am. Ant. Ad te.

3 *Quóni*am mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas: * lábia **me**a lau**dá**bunt te. Ant. Ad te.

4 *Sic be*nedícam te in **vi**ta **me**a: * et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as. Ant. Ad te.

Antiphona ad communionem



Psalmus 15



2 *Sanctis*, qui sunt in **terra** **eius**, * mirificávit omnes voluntátes **me**as in **eis**. Ant. In Galilǽa.

3 *Multi*plicátæ sunt infirmi**tá**tes e**ó**rum: * póstea acce**le**ra**vé**runt. Ant. In Galilǽa.

4 *Dómi*nus pars hereditátis meæ, et **cá**licis **mei**: * tu es, qui restítues hereditátem **me**am **mihi**. Ant. In Galilǽa.

5 *Funes* cecidérunt mihi **in** præ**clá**ris: * étenim heréditas mea præ**clá**ra est **mihi.** Ant. In Galilǽa.

6 *Bene*dícam Dóminum, qui tríbuit mihi **in**tel**léc**tum: * ínsuper et usque ad noctem increpuérunt me **re**nes **mei.** Ant. In Galilǽa.

7 *Provi*débam Dóminum in conspéctu **meo sem**per: * quóniam a dextris est mihi, **ne** com**mó**vear. Ant. In Galilǽa.

8 *Propter* hoc lætátum est cor meum, et exsultávit **lin**gua **me**a: * ínsuper et caro mea requi**és**cet **in** spe. Ant. In Galilǽa.

9 *Quóni*am non derelínques ánimam meam **in** in**fér**no: * nec dabis sanctum tuum vidére cor**rup**tiónem. Ant. In Galilǽa.


10 *Notas* mihi fecísti vias **vi**tæ, † adimplébis me lætítia cum **vul**tu **tuo**: * delectatiónes in déxtera tua **us**que in **fi**nem. Ant. In Galilǽa.

Glória Patri, p. 392.


Tempore paschali, II

Antiphona ad introitum

VII a




C antá-te Dómino * cánti-cum no- vum: laus




e- ius ab extrémis terræ, alle-lú-ia.


Psalmus 97



℣. 1 *Sal-vá*-vit si-bi **déx**te-ra **e-** ius: * et brácchi- um



san-ctum **e-** ius. Ant. Cantá-te Dómino.



Flexa: re-gis **Dó**mi-ni! †

2 *Notum* fecit Dóminus salu**tá**re **su**um: * in conspéctu géntium revelávit ius**tí**tiam **su**am. Ant. Cantáte.

3 *Recor*dátus est miseri**cór**diæ **suæ**, * et veritátis suæ **dó**mui **Is**raël. Ant. Cantáte.

4 *Vidé*runt omnes **tér**mini **ter**ræ * salutáre **Dei no**stri. Ant. Cantáte.

5 *Iubi*láte Deo, **om**nis **ter**ra: * cantáte et exsul**tá**te et **psál**lite! Ant. Cantáte.

6 *Psálli*te Dómino in cíthara, in cíthara et **voce psal**mi: * in tubis ductílibus et voce **tu**bæ **cór**neæ. Ant. Cantáte.


7 *Iubi*láte in conspéctu regis **Dó**mini! † Moveátur mare et pleni**tú**do **ei**us: * orbis terrárum, et qui hábi**tant** in **e**o. Ant. Cantáte.

8 *Flúmi*na plaudent **ma**nu, † simul montes exsultábunt a con**spé**ctu **Dó**mini: * quóniam venit iudi**cá**re **ter**ram. Ant. Cantáte.


9 *Iudi*cábit orbem terrárum **in** ius**tí**tia, * et pópulos in **æ**qui**tá**te. Ant. Cantáte.

Glória Patri, p. 392.


Psalmus alleluiaticus I D I b **Ps. 106**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quó-ni- am **bo**- nus: * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e**- ius! ℟. Alle-



lú- ia, alle-lú-ia.

2 Suscépit eos de via iniquitátis e**ó**rum: * propter iniustítias enim suas humili**á**ti sunt. ℟. Allelúia.


3 Omnem escam abomináta est ánima e**ó**rum: * et appropinquavérunt usque ad portas **mor**tis. ℟. Allelúia.

4 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur: * et de necessitátibus eórum liberávit **e**os. ℟. Allelúia.


5 Misit verbum suum, et sanávit **e**os: * et erípuit eos de interitiónibus e**ó**rum. ℟. Allelúia.

6 Confiteántur Dómino misericórdiæ **e**ius: * et mirabília eius fíliis **hó**minum. ℟. Allelúia.
7 Et sacríficent sacrifícium **lau**dis: * et annúntient ópera eius in exsultati**ó**ne. ℟. Allelúia.


Psalmus alleluiaticus II D 1 b **Ps. 106**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quó-ni-am **bo-** nus: * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e-** ius! ℟. Alle-



lú-ia, alle-lú-ia.

2 Qui descéndunt mare in **ná**vibus, * faciéntes operatiónem in aquis **mul**tis. ℟. Allelúia.
3 Ipsi vidérunt ópera **Dó**mini, * et mirabília eius in pro**fún**do. ℟. Allelúia.
4 Dixit, et stetit spíritus pro**cél**læ: * et exaltáti sunt fluctus **e**ius. ℟. Allelúia.
5 Ascéndunt usque ad cælos, et descéndunt usque ad a**bys**sos: * ánima eórum in malis tabe**scé**bat. ℟. Allelúia.
6 Turbáti sunt, et moti sunt sicut **é**brius: * et omnis sapiéntia eórum devo**rá**ta est. ℟. Allelúia.
7 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur: * et de necessitátibus eórum edúxit **e**os. ℟. Allelúia.
8 Et státuit procéllam eius in **au**ram: * et siluérunt fluctus **e**ius. ℟. Allelúia.

9 Et lætáti sunt, quia sil**ué**runt: * et dedúxit eos in portum voluntátis **eó**rum. ℟. Allelúia.


10 Confiteántur Dómino misericórdiæ **eius**: * et mirabília eius fíliis **hó**minum. ℟. Allelúia.

11 Et exáltent eum in ecclésia **ple**bis: * et in cáthedra seniórum laudent **eum**. ℟. Allelúia.


vel Alleluia, ut in schemate I, p. 140.

Antiphona ad offertorium

VII a




I u-bi-lá-te De- o * in vo- ce exsul-ta-ti- ó-nis,




alle-lú- ia.

Psalmus 46



℣. 1 *Quó-ni-* am Dóminus ex**cél**sus, ter**rí**-bi-lis: * Rex




magnus super **om**-nem **ter**- ram. Ant. Iubi-lá-te.

2 *Subié*cit **pó**pulos **no**bis: * et gentes sub **pé**dibus **no**stris. Ant. Iubiláte.


3 *Elé*git nobis heredi**tá**tem **suam**: * spéciem Iacob, **quam** diléxit. Ant. Iubiláte.

4 *Psálli*te Deo **no**stro, **psál**lite: * psállite Regi **no**stro, **psál**lite! Ant. Iubiláte.

Antiphona ad communionem


II D


Cantá-te Dómino, * et bene-dí-ci-te nómi-ni e-




ius, alle-lú-ia.


Psalmus 95



℣. 1 *Cantá*-te Dómino cánti-cum **no-** vum: * cantá-te



Dómino, om*nis* **ter-** ra. Ant. Cantá-te Dómino.



Flexa: pátri- æ **gén**ti- um, †

2 *Annun*tiáte inter gentes glóriam **e**ius * in ómnibus pópulis mirabíli*a* **e**ius! Ant. Cantáte.

3 *Conféss*io et pulchritúdo in conspéctu **e**ius: * sanctimónia et magnificéntia in sanctificati*óne* **e**ius. Ant. Cantáte.

4 *Affér*te Dómino, pátriæ **gén**tium, † afférte Dómino glóriam et ho**nó**rem: * afférte Dómino glóriam nómi*ni* **e**ius! Ant. Cantáte.

5 *Tólli*te hóstias, et introíte in átria **e**ius: * adoráte Dóminum in átrio san*cto* **e**ius! Ant. Cantáte.

6 *Commo*veátur a fácie eius univérsa **ter**ra: * dícite in géntibus, quia Dóminus *re***gná**vit. Ant. Cantáte.

7 *Et*enim corréxit orbem terræ, qui non commo**vé**bitur: * iudicábit pópulos in æ*qui***tá**te. Ant. Cantáte.

8 L*ætén*tur cæli, et exsúltet **ter**ra, † commoveátur mare, et plenitúdo **e**ius: * gaudébunt campi, et ómnia quæ *in* **e**is sunt. Ant. Cantáte.

9 *Tunc ex*sultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia **ve**nit: * quóniam venit iudicá*re* **ter**ram. Ant. Cantáte.

10 *Iudi*cábit orbem terræ in æqui**tá**te, * et pópulos in veritá*te* **su**a. Ant. Cantáte.


Glória Patri, p. 389.

In Litaniis maioribus et minoribus


Ad processionem

Ante processionem cantatur sequens antiphona:


II D




E x-súrge, Dómi-ne, * ádiu-va nos, et líbe-ra




nos, propter nomen tu- um. Ps. 43. De- us, áuribus




nostris audí-vimus: * patres nostri annunti- avé-runt




no-bis. Ant. Exsúrge. Glór-ri- a Patri, p. 389.




Ant. Exsúrge.



K ý-ri- e, e-lé- i-son *ij*. Christe, e-lé- i-son *ij*. Ký-




ri- e, e-lé- i-son *ij*. Christe, audi nos *ij*. Christe, ex-




áudi nos *ij.*

Invocationes sequentes non duplicantur.




Pa- ter de cæ- lis **De**- us, mi-se-*ré- re* **no**bis.
Fili Redémptor mundi **De**- us, mi-se-*ré- re* **no**bis.
Spíritus Sancte **De**- us, mi-se-*ré- re* **no**bis.
Sancta Trínitas unus **De**- us, mi-se-*ré- re* **no**bis.




Sancta Ma-**rí**- a, o-*ra pro* **no**bis.


Surgunt omnes et ordinatim procedunt.




Sancta De- i **Gé**-netrix, o-*ra pro* **no**bis.
Sancta Virgo **vír**gi-num, o-*ra pro* **no**bis.
Sancte **Mí**cha- ël, o-*ra pro* **no**bis.
Sancte **Gá**bri- el, o-*ra pro* **no**bis.
Sancte **Rá**pha- ël, o-*ra pro* **no**bis.




Omnes sancti
Ange- li et Arch**án**ge- li, o-rá-*te pro* **no**bis.
Omnes sancti
beatórum Spirítuum **ór**dines, o-rá-*te pro* **no**bis.




Sancte Io-ánnes Bap**tí**sta, o-*ra pro* **no**bis.
Sancte **Io**-seph, o-*ra pro* **no**bis.



Omnes sancti Patri- árchæ et Pro**phé**-tæ,



o-rá-*te pro* **no**bis.




Sancte **Pe**- tre, o-*ra pro* **no**bis.

Sancte **Pau**le, *ora pro* **no**bis.
Sancte An**dré**a, *ora.*
Sancte Ia**có**be, *ora.*
Sancte Io**án**nes, *ora.*
Sancte **Tho**ma, *ora.*
Sancte Ia**có**be, *ora.*
Sancte Phi**líp**pe, *ora.*
Sancte Bartholo**mæ**e, *ora.*
Sancte Mat**thæ**e, *ora.*
Sancte **Si**mon, *ora.*
Sancte Thad**dæ**e, *ora.*
Sancte Mat**thí**a, *ora.*
Sancte **Bár**naba, *ora.*
Sancte **Lu**ca, *ora.*
Sancte **Mar**ce, *ora.*
Omnes sancti Apóstoli et Evange**lí**stæ, orá*te.*
Omnes sancti Discípuli **Dó**mini, orá*te.*

Omnes sancti Innocéntes, orá*te.*
Sancte **Sté**phane, *ora.*
Sancte Lau**rén**ti, *ora.*
Sancte Vin**cén**ti, *ora.*
Sancti Fabiáne et Sebasti**á**ne, orá*te.*
Sancti Ioánnes et **Páu**le, orá*te.*
Sancti Cosma et Dami**á**ne, orá*te.*
Sancti Gervási et Pro**tá**si, orá*te.*
Omnes sancti **Már**tyres, orá*te.*
Sancte Sil**vé**ster, *ora.*
Sancte Gre**gó**ri, *ora.*
Sancte Am**bró**si, *ora.*
Sancte Augu**stí**ne, *ora.*
Sancte Hie**ró**nyme, *ora.*


Sancte Mar**tí**ne, *ora.*
Sancte Nico**lá**e, *ora.*
Omnes sancti Pontífices et Confes**só**res, orá*te.*
Omnes sancti Doc**tó**res, orá*te.*
Sancte An**tó**ni, *ora.*
Sancte Bene**dí**cte, *ora.*
Sancte Ber**nár**de, *ora.*
Sancte Do**mí**nice, *ora.*
Sancte Fran**cí**sce, *ora.*
Omnes sancti Sacerdótes et Le**ví**tæ, orá*te.*
Omnes sancti Mónachi et Ere**mí**tæ, orá*te.*
Sancta María Magda**lé**na, *ora.*
Sancta **A**gatha, *ora.*
Sancta **Lú**cia, *ora.*
Sancta **A**gnes, *ora.*
Sancta Cæ**cí**lia, *ora.*
Sancta Catha**rí**na, *ora.*
Sancta Ana**stá**sia, *ora.*
Omnes sanctæ Vírgines et **Ví**duæ, orá*te.*
Omnes Sancti et Sanctæ **Dei**, intercédi*te pro* **no**bis.



Pro-pí- *ti- us* **e-** sto, parce no- bis, Dómine.
Pro-pí- *ti- us* **e-** sto, exáu-di nos, Dómine.
Ab *omni* **ma-** lo, lí-be- ra nos, Dómine.

Ab om*ni pec***cá**to, líbera nos, Dómine.
Ab *ira* **tu**a, líbera nos, Dómine.
A subitánea et impro*vísa* **mor**te, líbera nos, Dómine.
Ab insídi*is di***á**boli, líbera nos, Dómine.
Ab ira, et ódio, et omni mala *volun***tá**te, líbera nos, Dómine.
A spíritu fornic*atió***nis**, líbera nos, Dómine.
A fúlgure et *tempes***tá**te, líbera nos, Dómine.
A flagéllo *terræ***mó**tus, líbera nos, Dómine.
A peste, fa*me et* **bel**lo, líbera nos, Dómine.
A mor*te per***pé**tua, líbera nos, Dómine.
Per mystérium sanctæ Incarna*tiónis* **tu**æ, líbera nos, Dómine.
Per ad*véntum* **tu**um, líbera nos, Dómine.
Per nativi*tátem* **tu**am, líbera nos, Dómine.


Per baptísmum et sanctum ieiú*nium* **tu**um, líbera nos, Dómine.
Per crucem et passi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per mortem et sepul*túram* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per sanctam resurrecti*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per admirábilem ascensi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per advéntum Spíritus San*cti Pa***rá**cliti, líbera nos, Dómine.
In di*e iu***dí**cii, líbera nos, Dómine.




Pec*ca*-**tó**- res, te rogámus, audi nos.


Ut no*bis* **par**cas, te rogámus, audi nos.
Ut nobis *in***dúl**geas, te rogámus, audi nos.
Ut ad veram pæniténtiam nos perdúcere *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut Ecclésiam tuam sanctam ʼ régere et conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut domnum apostólicum et omnes ecclesiásticos órdines ʼ in sancta religióne conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ ʼ humiliáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut régibus et princípibus christiánis ʼ pacem et veram concórdiam donáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut cuncto pópulo christiáno ʼ pacem et unitátem largíri *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, ʼ et infidéles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio ʼ confortáre et conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut mentes nostras ʼ ad cæléstia desidéri*a* **é**rigas, te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris ’ sempitérna bona *re***trí**buas, te rogámus, audi nos.
Ut ánimas nostras, ’ fratrum, propinquórum et benefactórum nostrórum ’ ab ætérna damnatióne *e***rí**pias, te rogámus, audi nos.
Ut fructus terræ ’ dare et conserváre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis ’ réquiem ætérnam donáre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Ut nos exaudíre *di***gné**ris, te rogámus, audi nos.
Fi*li* **Dei**, te rogámus, audi nos.






Pa-ter noster *secreto.* ℣. Et ne nos indú-cas in ten-




ta-ti- ónem. ℟. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Psalmus 69



D e- us, in adiutó-ri- um me- *um* ***intén***- de: * Dó-



mine, ad adiuvándum me fes**tí**- na.



Flexa: vi-ví-fi-cet **e**- um, †

Confundántur et re*vere*-**án**tur, * qui quærunt ánimam **me**am.

Avertántur retrórsum, et *eru***bé**scant, * qui volunt mihi **ma**la.

Avertántur statim e*rube*-**scén**tes, * qui dicunt mihi: Euge, **eu**ge.

Exsúltent et lætént ur in te om*nes, qui* **quæ**runt te, * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre **tu**um.

Ego vero egé*nus et* **pau**per sum: * Deus, ádiu**va** me.

Adiútor meus et liberátor *meus* **es** tu: * Dómine, ne mo**ré**ris.

Glória Pa*tri et* **Fí**lio * et Spirítui **San**cto.

Sicut erat in princípio et *nunc et* **sem**per: * et in sǽcula sæculórum. **A**men.

℣. Salvos fac servos **tu**os.
℟. Deus meus, sperántes **in** te.
℣. Esto nobis, Dómine, turris forti**tú**dinis.
℟. A fácie ini**mí**ci.
℣. Nihil profíciat inimícus in **no**bis.
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére **no**bis.
℣. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias **no**bis.
℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas **no**bis.
℣. Orémus pro Pontífice nostro N.
℟. Dóminus consérvet eum, et vivíficet **e**um, † et beátum fáciat *eum in* **ter**ra, * et non tradat eum in ánimam inimicórum **e**ius.
℣. Orémus pro benefactóribus **no**stris.
℟. Retribuére dignáre, **Dó**mine, † ómnibus nobis bona faciéntibus propter *nomen* **tu**um, * vitam ætérnam. **A**men.
℣. Orémus pro fidélibus de**fún**ctis.
℟. Réquiem ætérnam dona *eis*, **Dó**mine, * et lux perpétua lúceat **e**is.
℣. Requiéscant in **pa**ce. ℟. Amen.
℣. Pro frátribus nostris ab**sén**tibus.
℟. Salvos fac *servos* **tu**os, * Deus meus, sperántes **in** te.
℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de **sanc**to.
℟. Et de Sion tuére **e**os.
℣. Dómine, exáudi oratiónem **me**am.
℟. Et clamor meus ad te **vé**niat.
℣. Dóminus vo**bís**cum. ℟. Et cum spíritu **tu**o.


Sequuntur orationes. Deinde:

℣. Dóminus vo**bís**cum. ℟. Et cum spíritu **tu**o.
℣. Exáudiat nos omnípotens et misericors **Dó**minus.
℟. Amen.
℣. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.


Ad Missam

Antiphona ad introitum

I a




Clamor me- us * ad te vé-ni- at, † De- us, alle-




lú-ia. Extra T. P. † De- us.


Psalmus 101



℣. 1 *Non a*-vértas fá-ci- em **tu**- am **a** me: * in qua-



cúmque di- e tríbu-lor, inclína ad me *aurem* **tu**- am.



Ant. Clamor.

2 *In qua*cúmque die invo**cá**vero te, * velóci*ter exá*u**di** me. Ant. Clamor.

3 *Tu ex*súrgens mise**ré**beris **Sion**: * quia tempus miseréndi eius, quia *venit* **tem**pus. Ant. Clamor.

4 *Et ti*mébunt gentes nomen **tuum**, **Dó**mine, * et omnes reges terræ glóri*am* **tuam**. Ant. Clamor.

5 *Quia* ædificávit **Dó**minus **Sion**: * et vidébitur in glóri*a* **sua**. Ant. Clamor.

6 *Respéxit* in oratiónem hu**mí**lium: * et non sprevit pre*cem e*órum. Ant. Clamor.

7 *Quia* prospéxit de excélso **san**cto **suo**: * Dóminus de cælo in ter*ram a***spéxit**. Ant. Clamor.

8 *Ut au*díret gémitus com**pe**di**tó**rum: * ut sólveret fílios in*teremp***tó**rum. Ant. Clamor.


9 *Ut an*núntient in Sion **no**men **Dó**mini: * et laudem eius *in Ie***rú**salem. Ant. Clamor.

Glória Patri, p. 389.


Tempore paschali:

Psalmus alleluiaticus I In te, Dómine, sperávi, ut in schemate II temporis post Pentecosten, p. 207.


Psalmus alleluiaticus II E 2 d **Ps. 17**



℣. 1 Dí-li-gam te, Dómine, forti-túdo me-a: ʼ Dómi-



nus firmaméntum me-um, et re-fú-gi-um **me-** um, *



et libe-rá-tor **me-** us. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 Deus meus adiútor **meus**, * et sperábo in **eum**. ℟. Allelúia.

3 Protéctor meus, et cornu salútis **meæ**, * et suscéptor **meus**. ℟. Allelúia.

4 Laudans invocábo **Dó**minum: * et ab inimícis meis salvus **ero**. ℟. Allelúia.

5 In tribulatióne mea invocávi **Dó**minum, * et ad Deum meum cla**má**vi. ℟. Allelúia.

6 Et exaudívit de templo sancto suo vocem **me**am: * et clamor meus in conspéctu eius introívit in aures **ei**us. ℟. Allelúia.

7 Et edúxit me in lati**tú**dinem: * salvum me fecit, quóniam vólu**it** me. ℟. Allelúia.

8 Et retríbuet mihi Dóminus secúndum iustítiam **me**am, * et secúndum puritátem mánuum meárum retríbuet **mi**hi. ℟. Allelúia.

9 Quóniam tu pópulum húmilem salvum **fá**cies: * et óculos superbórum humili**á**bis. ℟. Allelúia.

10 Quóniam tu illúminas lucérnam meam, **Dó**mine: * Deus meus, illúmina ténebras **me**as. ℟. Allelúia.

vel Alleluia, ut in dominicis temporis paschalis, p. 140.


Per annum: Psalmus responsorius Adiuva nos, ut in feria IV cinerum, p. 58; et Alleluia, ut in schemate II temporis post Pentecosten, p. 207.

vel Psalmus alleluiaticus Díligam te, Dómine, ut supra.


Post Septuagesimam: Psalmus responsorius vel Tractus, ut in Missa pro tempore Septuagesimæ, p. 48.

Antiphona ad offertorium

VII a



Confi-tébor Dómino * nimis † in o-re me- o, al-




le-lú-ia. Extra T. P. † in o-re me- o.


Psalmus 108



℣. 1 *Lí- be*-ra me, qui- a e-génus et **pau**-per ego sum: *



et cor me- um contur**bá**tum est **in**tra me. Ant. Con-



fi-tébor.


2 *Adiu*va me, Dómine, **De**us **me**us: * salvum me fac secúndum miseri**cór**diam **tu**am! Ant. Confitébor.

3 *Confi*tébor Dómino nimis in **o**re **me**o: * et in médio multórum lau**dá**bo **e**um. Ant. Confitébor.


4 *Quia* ástitit a **dex**tris **páu**peris, * ut salvam fáceret a persequéntibus **á**nimam **me**am. Ant. Confitébor.

Antiphona ad communionem


VIII G



P é-ti-te, * et acci-pi- é-tis: quǽ-ri- te, et in-




ve-ni- é-tis: pulsá- te, † et ape-ri- é-tur vo-bis, alle-




lú-ia. Extra T. P. † et ape-ri- é-tur vobis.


Psalmus 77



℣. 1 *Attén*di-te, pópu-le me- us, legem **me**- am: * in-



cliná-te aurem vestram in verba *o-ris* **me-** i!



Ant. Pé- ti-te. Flexa: **ni**mis, †

2 *Quanta* audívimus et cognóvimus **e**a: * et patres nostri narra*vérunt* **no**bis. Ant. Pétite.

3 *Et man*dávit núbibus **dé**super, * et iánuas cæ*li a***pé**ruit. Ant. Pétite.

4 *Et plu*it illis manna ad mandu**cán**dum, * et panem cæli *dedit* **e**is. Ant. Pétite.

5 *Panem* Angelórum manducávit **ho**mo: * cibária misit eis in *abun***dán**tia. Ant. Pétite.

6 *Tránstu*lit austrum de **cæ**lo: * et indúxit in virtúte *sua* **á**fricum. Ant. Pétite.

7 *Et plu*it super eos sicut púlverem **car**nes: * et sicut arénam maris volatíli*a pen***ná**ta. Ant. Pétite.

8 *Et ce*cidérunt in médio castrórum **e**órum: * circa tabernácu*la e***ó**rum. Ant. Pétite.


9 *Et man*ducavérunt, et saturáti sunt **ni**mis, † et desidérium eórum áttulit **e**is: * non sunt fraudáti a desidé*rio* **su**o. Ant. Pétite.

Glória Patri, p. 393.


In Ascensione Domini

Antiphona ad introitum


VII a



Vi-ri Ga-li-læ- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-




lum? Hic Iesus, qui assúmptus est a vobis in cæ-




lum, sic vé-ni-et, alle-lú-ia.


Psalmus 67



℣. 1 *Exsúr*gat De-us, et dissi-péntur in-**imí**- ci **e**- ius,*



et fú-gi- ant, qui odé-runt e-um, a **fá**ci-e **e**- ius.



Ant. Vi-ri. Flexa: nómi-ni **e**-ius: †

2 *Cantá*te Deo, psalmum dícite nómini **ei**us: † iter fácite ei, qui ascéndit **su**per oc**cá**sum: * Dóminus **no**men **il**li. Ant. Viri.

3 *Deus* in loco **sanc**to **su**o: * Deus, qui inhabitáre facit uníus **mo**ris in **do**mo. Ant. Viri.

4 *Deus*, cum egrederéris in conspéctu **pó**puli **tui**, * cum pertransíres **in** de**sér**to. Ant. Viri.

5 *Terra* mota est, étenim cæli distillavérunt a fácie **Dei Sí**nai, * a fácie **Dei Is**raël. Ant. Viri.


6 *Ascen*dísti in altum, cepísti cap**tivitá**tem: * accepísti dona **in** ho**mí**nibus. Ant. Viri.

7 *Bene*díctus Dóminus, **die** quotídie * prósperum iter fáciet nobis Deus salutári**um** nos**tró**rum. Ant. Viri.


8 *Psálli*te Deo, qui ascéndit super **cælum** **cæ**li, * ad **orién**tem! Ant. Viri.

Glória Patri, p. 392.


Psalmus alleluiaticus I **Ps. 46**




℣. 1 Omnes gentes, pláudi-te má-nibus: * iubi-lá-te De-




o in voce exsulta-ti- ó-nis! ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.




℣. 2 Quó-ni- am Dóminus excélsus, terrí-bi-lis: * Rex



magnus super omnem terram. ℟. Alle-lú-ia, alle-




lú-ia, alle- lú-ia.


℣. 3 Subié-cit pópu-los no-bis: * et gentes sub pé-dibus
nostris. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 4 E-lé-git nobis he-re-di-tá-tem su- am: * spé-ci- em
Iacob, quam di-lé-xit. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia,
alle- lú-ia.
℣. 5 Ascéndit De-us in iúbi-lo: * et Dóminus in voce
tubæ. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 6 Psál-li-te De- o nostro, psál-li-te: * psál-li-te Re-gi



nostro, psálli- te! ℟. Alle-lú- ia, alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 7 Quóni- am Rex omnis terræ De- us: * psál-li-te sa-
pi- énter! ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 8 Regnábit De- us super gentes: * De- us sedet su-
per sedem sanctam su- am. ℟. Alle-lú- ia, alle-
lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 9 Príncipes popu-lórum congregá- ti sunt * cum De-



o Abraham. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.




℣. 10 Quó-ni- am di- i fortes terræ * veheménter e-le-




vá-ti sunt. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Psalmus alleluiaticus II E 2 d **Ps. 23**



℣. 1 Quis ascéndet in montem **Dó**mini, * aut quis sta-



bit in loco sancto **e-** ius? ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æter**ná**les: * et introíbit Rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.


3 Quis est iste Rex **gló**riæ? * Dóminus fortis et **po**tens. ℟. Allelúia.

4 Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æter**ná**les: * et introíbit Rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.


5 Quis est iste Rex **gló**riæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium

IV A




A-scéndit De-us * in iubi-la-ti- óne, et Dó-




minus in voce tu-bæ, alle-lú-ia.

Psalmus 46



℣. 1 *Omnes* gentes, pláu*di- te* **má**nibus: * iubi-lá-te De-



o in voce ex*sulta-ti-* **ó-** nis! Ant. Ascéndit.


2 *Quóni*am Dóminus excél*sus*, *ter***rí**bilis: * Rex magnus su*per omnem* **ter**ram. Ant. Ascéndit.

3 *Psálli*te Deo *nostro*, **psál**lite: * psállite Re*gi nostro*, **psál**lite! Ant. Ascéndit.


4 *Regná*bit Deus *super* **gen**tes: * Deus sedet super se*dem sanctam* **su**am. Ant. Ascéndit.

Antiphona ad communionem

I g




Se- de a dextris me- is, * di-xit Dóminus Dómi-




no me- o, alle- lú-ia.

Psalmus 109



℣. 1 *Do-nec* ponam i-**nimí-** cos **tu-** os, * scabéllum



pe-*dum* *tu*- **ó**- rum. Ant. Se- de.

2 *Virgam* virtútis tuæ emíttet Dómi**nus** ex **Si**on: * domináre in médio inimicó*rum* *tu***ó**rum. Ant. Sede.

3 *Tecum* princípium in die virtútis tuæ in splendóri**bus** san**ctó**rum: * ex útero ante lucíferum *génu***i** te. Ant. Sede.

4 *Iurá*vit Dóminus, et non pæni**té**bit **eum**: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdi*nem* *Mel***chí**sedech. Ant. Sede.

5 *Dómi*nus a **dex**tris **tu**is, * confrégit in die iræ *suæ* **re**ges. Ant. Sede.

6 *Iudi*cábit in natiónibus, im**plé**bit ruínas: * conquassábit cápita in ter*ra* *mul***tó**rum. Ant. Sede.

7 *De* *tor*rénte in **vi**a **bi**bet: * proptérea exal*tábit* **ca**put. Ant. Sede.


Glória Patri, p. 389.

¶ Iidem cantus adhibentur etiam in Missa dominicæ post Ascensionem.


Dominica Pentecostes

Antiphona ad introitum

III a




Dum comple-réntur * di- es Pentecóstes, e-rant




omnes pá-ri-ter di-céntes, alle- lú-ia.


Psalmus 103



℣. 1 *Bé-ne-*dic, ánima **me-** a, **Dómi-**no: * Dómine, De-



us me- us, magni-fi-cá-tus es ve-*he***mén**-ter. Ant. Dum



comple-réntur. ℣. 2 ... et **cre-** a**bún**tur: *

2 *Emít*tes spíritum tuum, et **crea**bú**n**tur: * et renová-bis fáci*em* **ter**ræ. Ant. Dum.

3 *Sit gló*ria Dómi**ni** in **sæcu**lum: * lætábitur Dóminus in opéri*bus* **suis**. Ant. Dum.

4 *Cantá*bo Dómino in **vita mea**: * psallam Deo meo, quám*diu* sum. Ant. Dum.


5 *Iucún*dum sit ei el**ó**quium **meum**: * ego vero delectá-bor *in* **Dó**mino. Ant. Dum.

6 *Defíciant* peccatóres a terra, et iníqui **i**ta ut **non** sint: * bénedic, ánima me*a*, **Dó**mino. Ant. Dum.

Glória Patri, p. 390.


Vel ad libitum, Ant. Spíritus Dómini, ut in Missa votiva de Spiritu Sancto, p. 355.

Psalmus alleluiaticus I **Ps. 67**





i-ter fá-ci-te e- i, qui ascéndit super occá-sum.
℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 4 Dó-minus nomen il-li: * exsultá-te in conspéctu
e-ius. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 5 Plúvi- am vo-luntá-ri- am segre-gábis, De- us, *
he-re-di-tá-ti tu- æ. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 6 Et infirmáta est, * tu vero perfe-císti e- am.
℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.


℣. 7 Manda, De- us, virtú-ti tu- æ: * confírma hoc, De- us,
quod ope-rá-tus es in nobis. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 8 A templo tu- o in Ierú-sa-lem, * ti-bi óffe-rent
reges múne-ra. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 9 Ecce da-bit vo-ci su- æ vocem virtú-tis, * date gló-
ri- am De- o super Isra- ël. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 10 Magni-fi-cénti- a e-ius, * et virtus e-ius in nú-




bi-bus. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Psalmus alleluiaticus II E 2 d **Ps. 49**



℣. 1 De- us de- ó-rum, Dóminus **locú**-tus est, * et vocá-



vit **ter**- ram. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 A solis ortu usque ad oc**cá**sum: * ex Sion spécies decóris **eius**. ℟. Allelúia.

3 Deus maniféste **vé**niet: * Deus noster, et non si**lé**bit. ℟. Allelúia.

4 Ignis in conspéctu eius exar**dés**cet: * et in circúitu eius tempéstas **vá**lida. ℟. Allelúia.

5 Advocábit cælum de**súr**sum: * et terram discérnere pópulum **suum**. ℟. Allelúia.

6 Congregáte illi sanctos **eius**: * qui órdinant testaméntum eius super sacri**fí**cia. ℟. Allelúia.


7 Et annuntiábunt cæli iustítiam **eius**: * quóniam Deus **iu**dex est. ℟. Allelúia.


8 Immola Deo sacrifícium **lau**dis: * et redde Altíssimo vota **tua**. ℟. Allelúia.

9 Et ínvoca me in die tribulati**ó**nis: * éruam te, et honorifi**cá**bis me. ℟. Allelúia.


10 Sacrifícium laudis honorifi**cá**bit me: * et illic iter, quo osténdam illi salutáre **Dei**. ℟. Allelúia.

Sequentia



Veni, Sancte Spí- ri-tus, Et emít-te cæ- li-tus
Lu-cis tu-æ rá- di- um. Ve-ni, pa-ter páupe-rum, Ve-
ni, da-tor mú- ne-rum, Ve-ni, lumen cór-di- um. Con-
5 Dilexísti iustítiam, et odísti iniqui**tá**tem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus **tuis**. ℟. Opera.

6 Myrrha et gutta et cásia a vestiméntis tuis, ’ a dómibus e**búr**neis; * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre **tuo**. ℟. Opera.

7 Astitit regína a dextris tuis in vestítu deau**rá**to, * circúmdata varie**tá**te. ℟. Opera.


8 Audi, fília, et vide, et inclína aurem **tu**am, * et oblivíscere pópulum tuum, et domum patris **tui**. ℟. Opera.

9 Et concupíscet Rex decórem **tu**um: * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt **e**um. ℟. Opera.

10 Omnis glória eius fíliæ Regis ab **in**tus, * in fímbriis áureis, circumamícta varie**tá**tibus. ℟. Opera.


Alleluia **e Cantico Canticorum**

IV E




A l-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Ecce* tu pulchra es, amí-ca me-a, ec*ce tu*




pulchra es: * ócu-li tu- *i co-lum***bá**-rum.


Omnes: Allelúia.


2 *Hortus* conclúsus, soror *mea*, **spon**sa, * hortus conclú*sus*, *fons* sig**ná**tus. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** E 2 d **e Cantico Canticorum**



℣. 1 Ecce tu pulchra es, amí-ca me- a, ecce tu





2 Iam enim hiems **trán**siit, * imber ábiit et re**cés**sit. ℟. Allelúia.

3 Flores apparuérunt in terra **no**stra, * tempus putatiónis ad**vé**nit. ℟. Allelúia.

4 Vox túrturis audíta est in terra **no**stra, * víneæ floréntes dedérunt odórem **su**um. ℟. Allelúia.

5 Sonet vox tua in áuribus **me**is: * vox enim tua dulcis, et fácies tua de**có**ra. ℟. Allelúia.

6 Favus distíllans lábia tua **spon**sa, * mel et lac sub lingua **tu**a. ℟. Allelúia.

7 Odor vestimentórum tu**ó**rum * super ómnia a**ró**mata. ℟. Allelúia.


8 Hortus conclúsus, soror mea, **spon**sa, * hortus conclúsus, fons sig**ná**tus. ℟. Allelúia.

9 Aperi mihi, soror mea, amíca **me**a, * colúmba mea, immaculáta **me**a. ℟. Allelúia.


10 Pulchra es, amíca mea, ’ suávis et decóra sicut Ie**rú**salem, * terríbilis ut castrórum ácies ordi**ná**ta. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium


VIII G




Psalmus 45



℣. 1 *De- us* noster re-fú-gi- um et **vir-** tus: * adiútor in



tribu-la- ti- ó-nibus, quæ invené-*runt nos* **ni-** mis.



Ant. Sancti- fi-cá-vit. Flexa: **Dó**mi-ni, †

2 *Deus* in médio eius, non commo**vé**bitur: * adiuvábit eam Deus ma*ne* di**lú**culo. Ant. Sanctificávit.


3 *Ven*í*te*, et vidéte ópera **Dó**mini, † quæ pósuit prodígia super **ter**ram: * áuferens bella usque ad *finem* **ter**ræ. Ant. Sanctificávit.

4 *Dómin*us virtútum no**bís**cum: * suscéptor noster *Deus* **Ia**cob. Ant. Sanctificávit.


Ad libitum, antiphona ad offertorium Ave María ut in festo Annuntiationis B. Mariæ V., p. 250.

Antiphona ad communionem

VII a




G lo-ri- ó- sa prædi- céntur de te, Vir- go Ma-



rí- a.

Canticum B. Mariæ V.



2 *Quia* respéxit humilitátem an**cíl**læ **suæ**: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene**ra**tiónes. Ant. Gloriósa.

3 *Quia* fecit mihi **ma**gna qui **po**tens est: * et sanctum **no**men **e**ius. Ant. Gloriósa.

4 *Et mi*sericórdia eius a progénie **in** progénies * ti**mén**tibus **e**um. Ant. Gloriósa.

5 *Fecit* poténtiam in **brác**chio **su**o: * dispérsit supérbos mente **cor**dis **sui**. Ant. Gloriósa.

6 *Depó*suit po**tén**tes de **se**de, * et exal**tá**vit **hú**miles. Ant. Gloriósa.

7 *Esuri*éntes im**plé**vit **bo**nis: * et dívites di**mí**sit inánes. Ant. Gloriósa.

8 *Suscé*pit Israël, **pú**erum **su**um, * recordátus miseri**cór**diæ **su**æ. Ant. Gloriósa.

9 *Sicut* locútus est ad **pa**tres **no**stros, * Abraham, et sémini eius in **sæ**cula. Ant. Gloriósa.
Glória Patri, p. 392.

¶ Hæc eadem Missa resumi potest etiam in festo Apparitionis B. Mariæ V. Immaculatæ, die 11 februarii.

Die 2 februarii


In Purificatione B. Mariæ Virginis

Ad distributionem candelarum


Cum sacerdos inceperit distribuere candelas, cantatur:

Antiphona

VIII G




L umen * ad reve-la-ti- ónem génti- um, et gló-




ri- am ple-bis tu-æ Isra- ël.


Canticum Simeonis



℣. 1 *Nunc* dimíttis servum tu-um, **Dó**mine, * secúndum



verbum tu-*um in* **pa**ce. Ant. Lumen. ℣. 2 *Qui- a*




vidé-runt. ℣. 3 Quod par**á**sti *

2 *Quia* vidérunt óculi **mei** * salu*táre* **tu**um. Ant. Lumen.
3 Quod par**á**sti * ante fáciem ómnium *popu***ló**rum. Ant. Lumen.

Quæ si non sufficiant, repetantur quousque distributio finiatur; et clauditur cum Glória Patri, p. 393.


Ad processionem

Diaconus (seu sacerdos) dicit:



Pro-cedámus in pace.


Respondent omnes:




In nómine Christi. Amen.

Antiphona

VIII G




O b-tu-lérunt * pro e- o Dómino par túrturum,




aut du-os pullos co-lumbárum.


Psalmus 23



℣. 1 *Dómi*-ni est terra, et ple- ni-túdo e- ius: * or-



bis terrárum, et u-nivérsi, qui hábi- *tant in* e- o.



Ant. Obtu-lé-runt. Flexa: **cor**- de, †

2 *Quia* ipse super mária fundávit **eum**: * et super flúmina præpa*rávit* **eum**. Ant. Obtulérunt.

3 *Quis a*scéndet in montem **Dó**mini? * aut quis stabit in loco *sancto* **ei**us? Ant. Obtulérunt.

4 *Inno*cens mánibus et mundo **cor**de, † qui non accépit in vano ánimam **su**am, * nec iurávit in dolo pró*ximo* **su**o. Ant. Obtulérunt.

5 *Hic ac*cípiet benedictiónem a **Dó**mino: * et misericórdiam a Deo, salu*tári* **su**o. Ant. Obtulérunt.

6 *Hæc est* generátio quæréntium **eum**, * quæréntium fáciem *Dei* **Ia**cob. Ant. Obtulérunt.

7 *Attól*lite portas, príncipes, **ve**stras, † et elevámini, portæ æter**ná**les: * et intro*íbit Rex* **gló**riæ. Ant. Obtulérunt.

8 *Quis est* iste Rex **gló**riæ? † Dóminus fortis et **po**tens: * Dóminus po*tens in* **prœ**lio. Ant. Obtulérunt.

9 *Attól*lite portas, príncipes, **ve**stras, † et elevámini, portæ æter**ná**les: * et intro*íbit Rex* **gló**riæ. Ant. Obtulérunt.

10 *Quis est* iste Rex **gló**riæ? * Dóminus virtútum ipse *est Rex* **gló**riæ. Ant. Obtulérunt.


Glória Patri, p. 393.

Vel ad libitum, psalmus responsorius Quam dilécta ut in festo S. Familiæ, p. 37.


Ad Missam

Antiphona ad introitum

VIII G




S uscé-pimus, De- us, * mi-se-ri-córdi- am tu- am,




in mé-di- o templi tu- i.


Psalmus 47



℣. 1 *Magnus* Dóminus, et laudábi- lis **ni**- mis * in ci-



vi-tá-te De- i nostri, in monte *sancto* **e**- ius.



Ant. Suscépimus. Flexa: admi**rá**-ti sunt, †

2 *Fundátur* exsultatióne univérsæ terræ mons **Si**on, * látera aquilónis, cívitas *Regis* **ma**gni. Ant. Suscépimus.

3 *Deus* in dómibus eius cogno**scé**tur, * cum suscí*piet* **e**am. Ant. Suscépimus.

4 *Quóniam* ecce reges terræ congre**gá**ti sunt: * convené*runt in* **u**num. Ant. Suscépimus.

5 *Ipsi* vidéntes, sic admi**rá**ti sunt, † conturbáti sunt, com**mó**ti sunt: * tremor appre*héndit* **e**os. Ant. Suscépimus.

6 *Sicut* audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini vir**tú**tum, † in civitáte Dei **no**stri: * Deus fundávit eam *in æ***tér**num. Ant. Suscépimus.

7 *Secún*dum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines **ter**ræ: * iustítia plena est déx*tera* **tu**a. Ant. Suscépimus.

8 *Læté*tur mons Sion, et exsúltent fíliæ **Iu**dæ * propter iudícia *tua*, **Dó**mine. Ant. Suscépimus.

9 *Circúm*date Sion, et complectímini **e**am: * narráte in túr*ribus* **e**ius. Ant. Suscépimus.

10 *Póni*te corda vestra in virtúte **e**ius: * et distribúite domos eius, ut enarrétis in progé*nie* **ál**tera. Ant. Suscépimus.

11 *Quóni*am hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sǽculum **sæ**culi: * ipse reget *nos in* **sæ**cula. Ant. Suscépimus.

Glória Patri, p. 393.

Psalmus responsorius ut in festo Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V., p. 232.

Alleluia **Ps. 86**




A l-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.


Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Funda*ménta e- ius in món*ti-bus* **san**-ctis: * dí- li-



git Dóminus portas Si- on super ómni- a taber*ná-cu*-




la **Ia**-cob. Omnes: Allelúia.

2 *Dóminus* narrábit in scriptúris popul*órum et* **prín**-cipum: * horum, qui fu*érunt in* **ea**. Omnes: Allelúia.


vel **Psalmus alleluiaticus** E 2 d **Ps. 86**



℣. 1 Fundaménta e-ius in móntibus **san**-ctis: * dí- li-



git Dóminus portas Si- on super ómni- a tabernácu-




la **Ia**- cob. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú- ia.


2 Glorióso dicta sunt **de** te, * cívitas **Dei**. ℟. Allelúia.
3 Memor ero Rahab et Baby**ló**nis, * sciénti**um** me. ℟. Allelúia.
4 Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Ae**thí**opum, * hi fuérunt **il**lic. ℟. Allelúia.
5 Numquid Sion dicet: ’ Homo et homo natus est in ea: * et ipse fundávit eam Al**tís**simus? ℟. Allelúia.
6 Dóminus narrábit in scriptúris populórum et **prín**-cipum: * horum, qui fuérunt in **ea**. ℟. Allelúia.
7 Sicut lætántium **óm**nium * habitátio est **in** te. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium

I g 4




D iffú-sa est grá-ti- a * in lábi- is tu- is, prop-




tér-e- a bene-dí-xit te De- us in æ- térnum.

Psalmus 44



℣. 1 *E-ruc*távit cor me- um **ver-** bum **bo-** num: * di-co



ego ópe-ra *me- a* **Re-** gi. Ant. Diffú-sa est.


2 *Sedes* tua, Deus, in **sæ**culum **sæ**culi: * virga directiónis virga *regni* **tui**. Ant. Diffúsa est.

3 *Addu*céntur Regi vírgi**nes** post **eam**: * próximæ eius affe*réntur* **tibi**. Ant. Diffúsa est.


4 *Affe*réntur in lætítia et exsul**ta**tióne: * adducéntur in *templum* **Regis**. Ant. Diffúsa est.

Antiphona ad communionem

VII a




R espónsum accépit Síme-on * a Spí-ri-tu San-




cto, non vi-súrum se mortem, ni- si vidé-ret Dóminum.


Canticum Simeonis



℣. 1 *Nunc di*míttis servum **tu-** um, **Dó**mine, * secún-



dum verbum **tu-** um in **pa-** ce. Ant. Respónsum.



℣. 3 *Quod pa*-rásti *

2 *Quia* vidérunt **ó**culi **mei** * salu**tá**re **tu**um. Ant. Respónsum.

3 *Quod* pa**rá**sti * ante fáciem ómnium **popu**l**ó**rum. Ant. Respónsum.

4 *Lumen* ad revelati**ó**nem **gén**tium, * et glóriam plebis **tuæ Is**raël. Ant. Respónsum.

Glória Patri, p. 392.


Deinde, si opus est, psalmus 33, p. 400 vel p. 406.

Diebus 19 martii et 1 maii


In festis Sancti Ioseph

Antiphona ad introitum


VII a




Ioseph fi-li David, * no-li timé-re accípere Ma-



rí-am cóniu-gem tu-am: quod e-nim in e-a na-tum




est, de Spí-ri-tu † Sancto est. T. P. † Sancto est,




alle-lú-ia.

Psalmus 91



℣. 1 *Bo-num* est confi-**té**- ri **Dó**mino: * et psálle-re



nómi-ni **tu**-o, Altíssime. Ant. Io-seph.

2 *Ad an*nuntiándum mane miseri**cór**diam **tu**am: * et veritátem **tu**am per **noc**tem. Ant. Ioseph.

3 *Quia* delectásti me, Dómine, in fac**tú**ra **tu**a: * et in opéribus mánuum tuárum **ex**sul**tá**bo. Ant. Ioseph.

4 *Quam ma*gnificáta sunt ópera **tu**a, **Dó**mine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitati**ó**nes **tu**æ. Ant. Ioseph.

5 *Iustus* ut **pal**ma flo**ré**bit: * sicut cedrus Líbani multipli**cá**bitur. Ant. Ioseph.

6 *Plantá*ti in **do**mo **Dó**mini, * in átriis domus Dei **no**stri flo**ré**bunt. Ant. Ioseph.

7 *Adhuc* multiplicabúntur in se**néc**ta **ú**beri: * et bene patiéntes erunt, **ut** an**nún**tient. Ant. Ioseph.


8 *Quóni*am rectus Dóminus, **De**us **no**ster: * et non est íniqui**tas** in **e**o. Ant. Ioseph.

Glória Patri, p. 392.


Psalmus responsorius, Alleluia, vel psalmus alleluiaticus ut supra in festo S. Familiæ, p. 37.

Antiphona ad offertorium


VIII G



Descén-dit * Iesus cum e- is, et ve-nit Náza-




reth, et e-rat súbdi-tus † il-lis. T. P. † il-lis, al-




le-lú-ia.


Psalmus 1



℣. 1 *Be- á*-tus vir, qui non áb-i-it in consí-li-o im-



pi- ó-rum, † et in vi- a pecca-tórum non **ste-** tit, * et



in cáthedra pesti-lénti- *æ non* **se-** dit. Ant. Descéndit.


2 *Sed in* lege Dómini volúntas **ei**us, * et in lege eius meditábitur di*e ac* **no**cte. Ant. Descéndit.

3 *Et e*rit tamquam lignum, quod plantátum est secus decúrsus a**quá**rum, * quod fructum suum dabit in tém*pore* **su**o. Ant. Descéndit.


4 *Et fó*lium eius non **dé**fluet: * et ómnia quæcúmque fáciet, pros*pera***bún**tur. Ant. Descéndit.

Antiphona ad communionem

VIII G



E c-ce fidé- lis servus et prudens,* quem constí-




tu- it Dóminus super famí- li- am † su- am.




T. P. † su- am, alle-lú-ia.


Psalmus 20



℣. 1 *Dómi*-ne, in virtúte tu- a læ-tá-bi**tur** rex: * et



super sa-lu-táre tu-um exsultábit *ve-he***mén**- ter.



Ant. Ecce.

2 *Desi*dérium cordis eius tribuísti **ei**: * et voluntáte labiórum eius non frau*dásti* **eum**. Ant. Ecce.

3 *Quóni*am præveníisti eum in benedictiónibus dul**cé**dinis: * posuísti in cápite eius corónam de lápide *preti***ó**so. Ant. Ecce.

4 *Vitam* pétiit **a** te: * et tribuísti ei longitúdinem diérum in sǽculum, et in *sǽculum* **sæ**culi. Ant. Ecce.

5 *Magna* est glória eius in salutári **tu**o: * glóriam et magnum decórem impónes *super* **eum**. Ant. Ecce.

6 *Quóni*am dabis eum in benedictiónem in sǽculum **sæ**culi: * lætificábis eum in gáudio cum *vultu* **tuo**. Ant. Ecce.

7 *Quóni*am rex sperat in **Dó**mino: * et in misericórdia Altíssimi non *commo***vé**bitur. Ant. Ecce.

8 *Exal*táre, Dómine, in virtúte **tu**a: * cantábimus et psallémus vir*tútes* **tu**as. Ant. Ecce.


Glória Patri, p. 393.

Die 25 martii


In Annuntiatione B. Mariæ Virg.

Antiphona ad introitum


I f



A-n-ge-lus Dómi-ni * nunti- á-vit Ma-rí- æ, et




concé- pit † de Spí-ri-tu Sancto T. P. † de Spí-




ri-tu Sancto, alle- lú-ia.


Psalmus 45



℣. 1 *De- us* noster re-fú-gi- **um** et **vir**- tus: * adiú-tor



in tribu-la-ti- ó-nibus, quæ invené-*runt nos* **ni**- mis.



Ant. Ange-lus. Flexa: Dómi-ni, †

2 *Propté*rea non timébimus, dum tur**bá**bitur **ter**ra, * et transferéntur montes *in cor* **ma**ris. Ant. Angelus.

3 *Sonu*érunt, et turbátæ sunt **a**quæ e**ó**rum: * conturbáti sunt montes in fortitú*dine* **e**ius. Ant. Angelus.

4 *Flúmi*nis ímpetus lætíficat civi**tá**tem **De**i: * sanctificávit tabernáculum su*um Al***tís**simus. Ant. Angelus.

5 *Deus* in médio eius, non **com**mo**vé**bitur: * adiuvábit eam Deus ma*ne* *di***lú**culo. Ant. Angelus.

6 *Contur*bátæ sunt gentes, et incli**ná**ta sunt **re**gna: * dedit vocem suam, mo*ta est* **ter**ra. Ant. Angelus.

7 *Dómi*nus vir**tú**tum no**bís**cum: * suscéptor noster *Deus* **Ia**cob. Ant. Angelus.

8 *Venít*e, et vidéte ópera **Dó**mini, † quæ pósuit prodígia **su**per **ter**ram: * áuferens bella usque ad *finem* **ter**ræ. Ant. Angelus.

9 *Arcum* cónteret, et con**frín**get **ar**ma: * et scuta com*búret* **i**gni. Ant. Angelus.


10 *Vacát*e et vidéte, quóniam **e**go sum **De**us: * exaltábor in géntibus, et exaltá*bor in* **ter**ra. Ant. Angelus.

Glória Patri, p. 389.


Psalmus responsorius, Alleluia, vel psalmus alleluiaticus ut supra in festo Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V., p. 232.

Antiphona ad offertorium


I g



A -ve, Ma-rí- a, * grá-ti- a plena: Dóminus te-




cum: bene-dícta tu † in mu-li- é-ribus. T. P. † in




mu-li- é-ribus, alle- lú-ia.

Psalmus 84



℣. 1 *Be-ne-*di-xísti, Dómine, **ter-** ram **tu-** am: * aver-



tí-sti capti-vi-*tá-tem* **Ia-** cob. Ant. Ave, Ma-rí- a.


2 *Mise*ricórdia et véritas obvia**vé**runt **si**bi: * iustítia et pax *oscu***lá**tæ sunt. Ant. Ave.

3 *Vér*itas de **ter**ra **or**ta est: * et iustítia de cæ*lo pro*-**spé**xit. Ant. Ave.


4 *Ete*nim Dóminus dabit be**nig**ni**tá**tem: * et terra nostra dabit *fructum* **su**um. Ant. Ave.

Antiphona ad communionem

VIII c




E c-ce ancílla Dómi-ni: * fi- at mi- hi secún-




dum verbum † tu- um. T. P. † tu- um, alle-lú-ia.

Psalmus 95



℣. 1 *Cantá*-te Dómino cánti-cum **no-** vum: * cantá-te



Dómino, *omnis* **ter-** ra! Ant. Ecce.

6 *Iustus* ut palma flo**ré**bit: * sicut cedrus Líbani mul*tipli***cá**bitur. Ant. Dóminus.


7 *Plantá*ti in domo **Dó**mini, * in átriis domus Dei no*stri flo***ré**bunt. Ant. Dóminus.

8 *Adhuc* multiplicabúntur in senécta **ú**beri: * et bene patiéntes erunt, *ut an***nún**tient. Ant. Dóminus.


9 *Quóni*am rectus Dóminus, Deus **no**ster: * et non est iníqui*tas in* **e**o. Ant. Dóminus.

Glória Patri, p. 393.


Psalmus responsorius E 5 **Ps. 70**




℣. 1 In te, Dómine, *spe-* **rá**-vi. ℟. Non confúndar in æ-




térnum.




℣. 2 **Inclína** ad me aurem **tu-** am, * et sal*va* **me.**




℟. Non confúndar.




℣. 3 Esto mi-hi in De- um pro-tectó-rem, et in locum




muní- tum: * ut salvum *me* **fá**-ci- as. ℟. Non con-




fúndar.



℣. 4 **Quó**-ni- am firmaméntum **me**- um, * et re-fú-gi- um



me- um *es* **tu**. ℟. Non confúndar.



℣. 5 Quóni- am.[1] ℣. 6... pro-téc*tor* **me**- us.

5 Quóniam tu es patiéntia mea, **Dó**mine: * Dómine, spes mea a iuventú*te* **me**a. ℟. Non confúndar.

6 In **te** confirmátus sum ex **ú**tero: * de ventre matris meæ tu es protéc*tor* **me**us. ℟. Non confúndar.

7 In te cantátio mea semper. ’ Tamquam prodígium factus sum **mul**tis: * et tu adiú*tor* **for**tis. ℟. Non confúndar.

8 **Re**pleátur os meum laude, ut cantem glóriam **tu**am: * tota die magnitúdi*nem* **tu**am. ℟. Non confúndar.


9 Ego autem semper spe**rá**bo: * et adíciam super omnem lau*dem* **tu**am. ℟. Non confúndar.

10 **Os** meum annuntiábit iustítiam **tu**am: * tota die salutá*re* **tu**um. ℟. Non confúndar.

[1] Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).


Alleluia **Ps. 24**

I g 2




A l-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle- lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Ad te,* Dómine, levá-vi **á**nimam **me-** am: * De-




us me- us, in te confído, non *e-ru-***bé**scam.

Omnes: Allelúia.

2 *Vias* tuas, Dómine, de**món**stra **mi**hi: * et sémitas tuas *édo***ce** me. Omnes: Allelúia.


vel **Psalmus alleluiaticus** C 4 **Ps. 24**

Psalmista




℣. 1 Ad te, Dómine, levá-vi á-ni-*mam* **me-** am: *

Schola *vel* omnes Psalmista



℟. Alle-lú-ia – De- us me- us, in te confí-do, non *e-ru-*

Omnes



bé- scam. ℟. Alle- lú-ia.

2 Vias tuas, Dómine, demón*stra* **mi**hi: * ℟. Allelúia et sémitas tuas *édo***ce** me. ℟. Allelúia.

3 Dírige me in veritáte tua, *et* **do**ce me: * ℟. Allelúia
quia tu es, Deus, salvátor meus, et te sustínui to*ta* **die**. ℟. Allelúia.

4 Reminíscere miseratiónum tuá*rum*, **Dó**mine, * ℟. Allelúia
et misericordiárum tuárum, quæ a sǽ*cu***lo** sunt. ℟. Allelúia.

5 Univérsæ viæ Dómini, misericórdia *et* **vé**ritas, * ℟. Allelúia
requiréntibus testaméntum eius et testimóni*a* **eius**. ℟. Allelúia.

6 Oculi mei semper *ad* **Dó**minum: * ℟. Allelúia
quóniam ipse evéllet de láqueo pe*des* **me**os. ℟. Allelúia.


7 Réspice in me, et miseré*re* **mei**: * ℟. Allelúia
quia únicus et pauper *sum* **e**go. ℟. Allelúia.

8 Tribulatiónes cordis mei multi*pli***cá**tæ sunt: * ℟. Allelúia
de necessitátibus meis é*ru***e** me. ℟. Allelúia.


9 Innocéntes et recti adhæsé*runt* **mi**hi: * ℟. Allelúia
quia sustí*nu***i** te. ℟. Allelúia.

10 Líbera, De*us*, **Is**raël * ℟. Allelúia
ex ómnibus tribulatióni*bus* **su**is. ℟. Allelúia.


Antiphona ad offertorium



Psalmus 64



℣. 1 *Te de*-cet hymnus, **De**-us, in **Si**- on: * et ti-bi



reddé-tur votum **in** Ierú-sa-lem. Ant. Pu-er.


2 *Beá*tus, quem elegísti, et **assumpsí**sti: * inhabitábit in **á**triis **tu**is. Ant. Puer.

3 *Replé*bimur in bonis **domus tuæ**: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitá**te**. Ant. Puer.


4 *Exáu*di nos, Deus, salu**tá**ris **no**ster, * spes ómnium fínium terræ, et in **mari lon**ge. Ant. Puer.

Antiphona ad communionem

III a




Tu pu- er, * prophé- ta Altíssimi vo- cábe-ris:




præ- í-bis ante Dóminum pará-re vi- as e-ius.


Canticum Zachariæ



℣. 1 *Be-ne*-díctus Dóminus, **De**- us **Isra**- ël, * qui-a



vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti- ónem ple-*bis* **su**- æ.



2 *Et e*réxit cornu sa**lú**tis **no**bis: * in domo David, púe*ri* **sui**. Ant. Tu puer.

3 *Sicut* locútus est per **os** sanc**tó**rum, * qui a sǽculo sunt, prophetá*rum* **ei**us. Ant. Tu puer.

4 *Salú*tem ex ini**mí**cis **no**stris, * et de manu ómnium, qui *o***dé**runt nos. Ant. Tu puer.

5 *Ad fa*ciéndam misericórdiam cum **pá**tribus **no**stris: * et memorári testaménti su*i* **san**cti. Ant. Tu puer.

6 *Iusiu*rándum, quod iurávit ad Abraham, **pa**trem **no**strum, * datúrum *se* **no**bis. Ant. Tu puer.

7 *Ut si*ne timóre, de manu inimicórum nostrórum **libe**r**á**ti, * servi*ámus* **il**li. Ant. Tu puer.

8 *In san*ctitáte et iustítia **coram ip**so, * ómnibus dié*bus* **no**stris. Ant. Tu puer.

9 *Ad dan*dam sciéntiam salútis **ple**bi **eius**: * in remissiónem peccatórum *e*órum. Ant. Tu puer.

10 *Per ví*scera misericórdiæ **Dei no**stri: * in quibus visitávit nos, Oriens *ex* **al**to. Ant. Tu puer.

11 *Illu*mináre his, qui in ténebris et in umbra **mor**tis **se**dent: * ad dirigéndos pedes nostros in vi*am* **pa**cis. Ant. Tu puer.


Glória Patri, p. 390.

Die 29 iunii


Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum

Antiphona ad introitum

VII c 2




M i-sit Dóminus * Ange-lum su- um, et li-berá-




vit me de manu He-ró-dis, al-le- lú-ia.


Psalmus 18



℣. 1 *Cæ- li* enárrant **gló**-ri- am **De**- i, * et ó-pe-ra



mánu- um e-ius annúnti- at **fir**-ma**mén**- tum.



Ant. Mi-sit Dóminus.

2 *Dies* diéi er**ú**ctat **ver**bum, * et nox nocti índi**cat** sci**én**tiam. Ant. Misit.

3 *Non sunt* loquélæ, **ne**que ser**mó**nes, * quorum non audiántur **vo**ces e**ó**rum. Ant. Misit.

4 *In om*nem terram exívit **so**nus e**ó**rum: * et in fines orbis terræ **ver**ba e**ó**rum. Ant. Misit.


5 *In so*le pósuit taber**ná**culum **su**um: * et ipse tamquam sponsus procédens de **thá**lamo **su**o. Ant. Misit.

6 *Exsul*távit ut gigas ad cur**rén**dam **vi**am, * a summo cælo e**grés**sio **e**ius. Ant. Misit.


7 *Et oc*cúrsus eius usque ad **sum**mum **e**ius: * nec est qui se abscóndat a ca**ló**re **e**ius. Ant. Misit.

Glória Patri, p. 392.


Psalmus responsorius C 3 g **Ps. 44 et 116**




℣. 1 Constí-tu-es e- os **prínci**pes ℟. Super om-nem




terram.




℣. 2 Pro **pá**tribus **tu**- is * na-ti sunt ti-*bi* **fí- li**- i.




℟. Super om-nem terram.



℣. 3 Mémo-res e-runt nóminis **tu**- i, * in omni ge-



ne-ra-ti- óne et gene-ra-ti- **ó**nem. ℟. Super.



℣. 4 Proptér-e- a.[1]


4 Propté**r**ea pópuli confitebúntur tibi in æ**tér**num, * et in sæcu*lum* **sæcu**li. ℟. Super.

5 Laudáte Dóminum, omnes **gen**tes: * laudáte eum, omnes **pópu**li. ℟. Super.

6 **Quó**niam confirmáta est super nos misericórdia **e**ius: * et véritas Dómini manet in *æ***tér**num. ℟. Super.


Alleluia **Ps. 125**

III g




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *In con*verténdo Dóminus capti-vi-**tá**-tem **Si**- on: *




facti sumus sicut *conso*-**lá**-ti. Omnes: Allelúia.

2 *Tunc re*plétum est gáudi**o** os **no**strum: * et lingua nostra exsul*tati*óne. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** C 4 **Ps. 125**


Psalmista



℣. 1 In converténdo Dóminus capti-vi-tá-*tem* **Si**- on: *


[1] Versiculi impares in primo tenore (fa) cantantur; pares autem in secundo (la).

Schola *vel* omnes Psalmista



℟. Alle-lú-ia – facti sumus sicut con*so*-**lá**- ti.

Omnes




℟. Alle- lú-ia.


2 Tunc replétum est gáudio *os* **no**strum: * ℟. Allelúia
et lingua nostra exsulta*ti*óne. ℟. Allelúia.
3 Tunc dicent in*ter* **gen**tes: * ℟. Allelúia
magnificávit Dóminus fácere *cum* eis. ℟. Allelúia.
4 Magnificávit Dóminus fácere *no***bís**cum: * ℟. Allelúia
facti sumus *læ***tán**tes. ℟. Allelúia.
5 Convérte, Dómine, captivitá*tem* **no**stram, * ℟. Allelúia
sicut torrens *in* **au**stro. ℟. Allelúia.
6 Qui séminant *in* **lá**crimis, * ℟. Allelúia
in exsultatió*ne* **me**tent. ℟. Allelúia.
7 Eúntes ibant *et* **fle**bant, * ℟. Allelúia
mitténtes sémi*na* **su**a. ℟. Allelúia.
8 Veniéntes autem vénient cum exsulta*ti*óne, * ℟. Allelúia
portántes manípu*los* **su**os. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium

VII a




C onstí-tu- es e- os príncipes * super omnem ter-




ram: mémores erunt nóminis tu- i, Dómine.

Psalmus 44



℣. 1 *E-ruc*tá-vit cor me-um **ver**- bum **bo**- num: * di-



co e-go ópe-ra **me**- a **Re**- gi. Ant. Constí-tu- es.


2 *Lingua* mea **cá**lamus **scri**bæ, * velóci**ter** scribén**t**is. Ant. Constítues.

3 *Propter* veritátem et mansuetúdinem **et** iustí**ti**am: * et dedúcet te mirabíliter **déx**tera **tu**a. Ant. Constítues.


4 *Propté*rea pópuli confitebúntur tibi **in** æ**tér**num, * et in **sæ**culum **sæ**culi. Ant. Constítues.

Antiphona ad communionem

VII c




Tu es Petrus, * et super hanc petram æ-di- fi-



cábo Ecclé-si- am me- am.


Psalmus 138



℣. 1 *Dó-mi*-ne, probásti me, et **co**- gno-**ví**sti me: * tu co-



gnoví-sti sessi- ónem me- am, et resurrecti- **ó**- nem



me- am. Ant. Tu es. Flexa: ócu- li **tu**- i, †

2 *Intel*lexísti cogitatiónes **me**as de **lon**ge: * sémitam meam et funículum meum in**ves**ti**gá**sti. Ant. Tu es.

3 *Et om*nes vias meas **prævidí**sti: * quia non est sermo in **lin**gua **me**a. Ant. Tu es.

4 *Ecce,* Dómine, tu cognovísti ómnia, novíssima **et** an**tí**qua: * tu formásti me, et posuísti super me **ma**num **tu**am. Ant. Tu es.

5 *Mirá*bilis facta est sciéntia **tu**a **ex** me: * confortáta est, et non pót**e**ro ad **e**am. Ant. Tu es.

6 *Imper*féctum meum vidérunt óculi **tu**i, † et in libro tuo **om**nes scri**bén**tur: * dies formabúntur, et **ne**mo in **e**is. Ant. Tu es.

7 *Mihi* autem nimis honorificáti sunt amíci **tui**, **De**us: * nimis confortátus est princi**pá**tus e**ó**rum. Ant. Tu es.

8 *Dinu*merábo eos, et super arénam multi**plica**bún**tur: * exsurréxi, et **ad**huc sum **te**cum. Ant. Tu es.

9 *Proba* me, Deus, et **sci**to cor **me**um: * intérroga me, et cognósce **sé**mitas **me**as. Ant. Tu es.


10 *Et vi*de, si via iniqui**tá**tis in **me** est: * et deduc me in **via** æ**tér**na. Ant. Tu es.

Glória Patri, p. 392.

Die I iulii

Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.

Antiphona ad introitum



Psalmus 88



2 *In ge*nerationem et gene**ratió**nem * annuntiábo veritátem tuam in *ore* **meo**. Ant. Hi sunt.

3 *Quóni*am dixísti: In ætérnum misericórdia ædificá**bi**tur in **cæ**lis: * præparábitur véritas tu*a in* **eis**. Ant. Hi sunt.

4 *Dispó*sui testaméntum eléctis **meis**, † iurávi David, **servo meo**: * Usque in ætérnum præparábo *semen* **tuum**. Ant. Hi sunt.

5 *Et ædificábo* in generatiónem et gene**ratió**nem * *sedem* **tu**am. Ant. Hi sunt.

6 *Confi*tebúntur cæli mirabília **tu**a, **Dó**mine: * étenim veritátem tuam in ecclési*a san***ctó**rum. Ant. Hi sunt.

7 *Ipse* invocábit me: Pater **me**us **es** tu: * Deus meus, et suscéptor sa*lútis* **me**æ. Ant. Hi sunt.

8 *Et e*go primogénitum **po**nam **il**lum * excélsum præ ré*gibus* **ter**ræ. Ant. Hi sunt.

9 *In æ*térnum servábo illi miseri**cór**diam **me**am: * et testaméntum meum fi*déle* **ip**si. Ant. Hi sunt.


10 *Et po*nam in sæculum sæculi **se**men **e**ius: * et thronum eius sicut *dies* **cæ**li. Ant. Hi sunt.

Glória Patri, p. 389.


Psalmus responsorius, Alleluia, vel psalmus alleluiaticus ut in festo SS. Cordis Iesu, p. 194.

Antiphona ad offertorium

VIII G




B e- á-ti * qui la-vant sto-las su- as in sán-



guine Agni.

Psalmus 50



℣. 1 *Mi-se*-ré-re me- i, **De-** us, * secúndum magnam



mi-se-ri-cór*di- am* **tu-** am. Ant. Be- á-ti.

2 *Amplius* lava me ab iniquitáte **me**a: * et a peccáto *meo* **mun**da me. Ant. Beáti.

3 *Aspérges* me hyssópo, et mun**dá**bor: * lavábis me, et super nivem *deal***bá**bor. Ant. Beáti.

4 *Cor mun*dum crea in me, **De**us: * et spíritum rectum ínnova in visc*éribus* **me**is. Ant. Beáti.


Antiphona ad communionem Cálicem salutáris ut feria V in Cena Domini, p. 100, cum Glória Patri, p. 389.

Die 6 augusti


In Transfiguratione D.N.I.C.

Antiphona ad introitum

II D




A s-súmpsit Iesus * discípu-los su- os, et ascéndit




in montem, et transfigu-rátus est ante e- os.


Psalmus 83



℣. 1 *Quam di*-lécta tabernácu-la tu- a, Dómine vir-



tú- tum! * Concupíscit, et dé-fi-cit ánima me-a in



átri- *a* **Dó**mini. Ant. Assúmpsit.

2 *Cor me*um et caro **mea** * exsultavérunt in De*um* vivum. Ant. Assúmpsit.

3 *Ete*nim passer invénit sibi **do**mum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pul*los* **su**os. Ant. Assúmpsit.

4 *Altá*ria tua, Dómine vir**tú**tum: * Rex meus et De*us* **me**us. Ant. Assúmpsit.

5 *Beá*ti, qui hábitant in domo tua, **Dó**mine: * in sǽcula sæculórum *lau***dá**bunt te. Ant. Assúmpsit.

6 *Dómin*e, Deus virtútum, exáudi oratiónem **me**am: * áuribus pércipe, De*us* **Ia**cob. Ant. Assúmpsit.

7 *Protéc*tor noster, áspice, **De**us: * et réspice in fáciem Chris*ti* **tu**i. Ant. Assúmpsit.


8 *Quia* mélior est dies una in átriis **tu**is, * su*per* **míl**lia. Ant. Assúmpsit.

9 *Elé*gi abiéctus esse in domo Dei **me**i: * magis quam habitáre in tabernáculis pec*ca***tó**rum. Ant. Assúmpsit.

10 *Quia* misericórdiam et veritátem díligit **De**us: * grátiam et glóriam da*bit* **Dó**minus. Ant. Assúmpsit.

Glória Patri, p. 389.


Psalmus responsorius C 2 a **Ps. 20**



3 Desidérium cordis eius tribuísti **ei**: * et voluntáte labiórum eius non fraudásti **e**um. ℟. In salutári.
4 Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dul**cé**dinis: * posuísti in cápite eius corónam de lápide preti**ó**so. ℟. In salutári.
5 Vitam pétiit **a** te: * et tribuísti ei longitúdinem diérum in sǽculum, et in sǽculum **sæcu**li. ℟. In salutári.
6 Quóniam dabis eum in benedictiónem in sǽculum **sæ**culi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu **tu**o. ℟. In salutári.
7 Quóniam rex sperat in **Dó**mino: * et in misericórdia Altíssimi non commo**vébi**tur. ℟. In salutári.
8 Exaltáre, Dómine, in virtúte **tu**a: * cantábimus et psallémus virtútes **tu**as. ℟. In salutári.


Alleluia **Ps. 96**

VII a




A l-le-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.




℣. 1 *Dó-mi*-nus regnávit, ex**súl**- tet **ter**ra: * læ-téntur




ínsulæ **mul**tæ. Omnes: Allelúia.

2 *Annun*tiavérunt cæli ius**tí**tiam **e**ius: * et vidérunt omnes pópuli **gló**riam **e**ius. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** E 2 d **Ps. 96**



℣. 1 Dóminus regná-vit, exsúltet **ter**- ra: * læ-téntur ín-




su-læ **mul**- tæ. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 Nubes et calígo in circúitu **ei**us: * iustítia et iudícium corréctio sedis **ei**us. ℟. Allelúia.
3 Ignis ante ipsum præ**cé**det, * et inflammábit in circúitu inimícos **ei**us. ℟. Allelúia.
4 Illuxérunt fúlgura eius orbi **ter**rae: * vidit, et commóta est **ter**ra. ℟. Allelúia.
5 Montes sicut cera fluxérunt a fácie **Dó**mini: * a fácie Dómini omnis **ter**ra. ℟. Allelúia.
6 Annuntiavérunt cæli iustítiam **ei**us: * et vidérunt omnes pópuli glóriam **ei**us. ℟. Allelúia.
7 Adoráte eum, omnes Angeli **ei**us: * audívit et lætáta est **Si**on. ℟. Allelúia.
8 Et exsultavérunt fíliæ **Iu**dæ, * propter iudícia tua, **Dó**mine. ℟. Allelúia.
9 Lux orta est **iu**sto, * et rectis corde læ**tí**tia. ℟. Allelúia.
10 Lætámini, iusti, in **Dó**mino: * et confitémini memóriæ sanctificatiónis **ei**us. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium

IV A




F a-ci- ámus hic * tri- a tabernácu- la: ti-bi u-




num, Mó-y-si u-num, et E-lí- æ u-num.

Psalmus 132



℣. 1 *Ecce* quam bonum, et *quam iu***cún**-dum, * habi-tá-



re *fratres in* **u**- num! Ant. Fa-ci- ámus hic.


2 *Sicut* unguén*tum in* **cá**pite, * quod descéndit in barbam, *barbam* **A**aron. Ant. Faciámus.

3 *Quod* des*céndit* in oram vesti*ménti* **ei**us: * sicut ros Hermon, qui descéndit *in montem* **Si**on. Ant. Faciámus.


4 *Quóni*am illic mandávit Dóminus bene*dictió*nem, * et vitam *usque in* **sæ**culum. Ant. Faciámus.

Antiphona ad communionem

I f




V i-si- ónem * quam vi- dístis, némi-ni dixé-




ri-tis, do-nec a mórtu- is re-súrgat Fí- li- us hómi-nis.


Psalmus 44



℣. 1 *E-ruc*távit cor me- um **ver**- bum **bo**- num: * dico



ego ópe-ra *me- a* **Re**- gi. Ant. Vi- si- ónem.



Flexa: **hó**minum, †

2 *Lingua* mea **cá**lamus **scri**bæ, * velóci*ter scri***bén**tis. Ant. Visiónem.

3 *Speci*ósus forma præ fíliis **hó**minum, † diffúsa est grátia in **lá**biis **tu**is: * proptérea benedíxit te Deus *in æ***tér**num. Ant. Visiónem.

4 *Accín*gere gládio tuo super **fe**mur **tu**um, * *poten-***tís**sime. Ant. Visiónem.

5 *Spéci*e tua et pulchri**tú**dine **tu**a * inténde, próspere procé*de, et* **re**gna. Ant. Visiónem.

6 *Propter* veritátem et mansuetúdinem **et** ius**tí**tiam: * et dedúcet te mirabíliter déx*tera* **tu**a. Ant. Visiónem.

7 *Sagít*tæ tuæ acútæ, pópuli **sub** te **ca**dent, * in corda inimi*córum* **Re**gis. Ant. Visiónem.

8 *Sedes* tua, Deus, in **sæ**culum **sæ**culi: * virga directiónis virga *regni* **tu**i. Ant. Visiónem.

9 *Dile*xísti iustítiam, et odísti in**i**qui**tá**tem: * proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consór*tibus* **tu**is. Ant. Visiónem.

10 *Propté*rea pópuli confitebúntur tibi **in** æ**tér**num, * et in s*ǽculum* **sæ**culi. Ant. Visiónem.


Glória Patri, p. 389.

Die 15 augusti


In Assumptione B. Mariæ Virginis

Antiphona ad introitum

VII a




A s-súmpta est Ma-rí- a in cæ- lum: * gaudent




Ange-li, laudántes be-ne-dícunt Dóminum.


Psalmus 97



℣. 1 *Cantá*-te Dómino **cán**ticum **no**- vum: * qui- a mi-



rabí- li- a **fe**- cit! Ant. Assúmpta est.



Flexa: **Dó**mini! †

2 *Salvá*vit sibi **déx**tera **ei**us: * et brácchium **sanc**tum eius. Ant. Assúmpta est.

3 *Notum* fecit Dóminus salu**tá**re **su**um: * in conspéctu géntium revelávit ius**tí**tiam **su**am. Ant. Assúmpta est.

4 *Recor*dátus est miseri**cór**diæ **su**æ, * et veritátis suæ **dó**mui **Is**raël. Ant. Assúmpta est.

5 *Vidé*runt omnes **tér**mini **ter**ræ * salutáre **Dei nostri.** Ant. Assúmpta est.

6 *Iubi*láte Deo, **om**nis **ter**ra: * cantáte et exsul**tá**te et **psál**lite! Ant. Assúmpta est.

7 *Psálli*te Dómino in cíthara, in cíthara et **voce psalmi:** * in tubis ductílibus et voce **tu**bæ **cór**neæ. Ant. Assúmpta est.


8 *Iubi*láte in conspéctu regis **Dó**mini! † Moveátur mare et pleni**tú**do **eius:** * orbis terrárum, et qui hábi**tant** in **eo.** Ant. Assúmpta est.

9 *Flúmi*na plaudent **ma**nu, † simul montes exsultábunt a con**spé**ctu **Dó**mini: * quóniam venit iudi**cá**re **ter**ram. Ant. Assúmpta est.


10 *Iudi*cábit orbem terrárum **in iustí**tia, * et pópulos in **æ**qui**tá**te. Ant. Assúmpta est.

Glória Patri, p. 392.


Psalmus responsorius E 5 **e Cantico Canticorum**



℣. 1 Ve-ni de Líbano, sponsa **me-** a, * ve-ni *de* **Lí-**




bano. ℟. Ve-ni, ve-ni, co-roná-be-ris.




℣. 2 **Quæ** est ista, quæ ascéndit per **desér-** tum, *



sicut vírgu-la fumi ex aromá-ti-bus myrrhæ *et*



thu- ris? ℟. Ve-ni.



℣. 3 Ve-ni in hortum [1] ... cum a-romá-ti-*bus* **me-** is.

3 Veni in hortum meum, soror mea **spon**sa, * méssui myrrham meam cum aromáti*bus* **me**is. ℟. Veni.

4 **Quæ** est ista, quæ pro**gré**ditur, * quasi auróra *con***súr**gens? ℟. Veni.

5 Surge, própera, amíca **me**a, * colúmba mea, formósa mea, *et* **ve**ni. ℟. Veni.

6 **Quæ** est ista, quæ ascéndit de de**sér**to, * delíciis áffluens, inníxa super diléc*tum* **su**um? ℟. Veni.

7 Vidérunt eam fíliæ Sion, † et beatíssimam prædicavérunt, * et regínæ laudavé*runt* **e**am. ℟. Veni.

8 **Sur**ge, amíca mea, speciósa mea, † et veni, colúmba **me**a, * osténde mihi fáci*em* **tu**am. ℟. Veni.

9 Pulchra ut luna, elécta **ut** sol, * terríbilis ut castrórum ácies or*di***ná**ta. ℟. Veni.

10 Quam **pul**chra es, et quam de**có**ra, * caríssima in *de***lí**ciis! ℟. Veni.

Alleluia **Ps. 44**


III g




A l-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.

[1] Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).




℣. 1 *E-ruc*távit cor me- um **ver**bum **bo**-num: * dico e-




go ó-pera *me- a* **Re**-gi. Omnes: Allelúia.

2 *Asti*tit regína a dextris tuis in vestítu **de**au**rá**to, * circúmdata va*rie***tá**te. Omnes: Allelúia.


vel **Psalmus alleluiaticus** **Ps. 44**




℣. 1 Eructá-vit cor me- um verbum bonum: * dico e-




go ópe-ra me- a Re-gi. ℟. Allelú- ia, alle-lú- ia.




℣. 2 Asti-tit re-gí-na a dextris tu- is in vestí-tu de-




au-ráto, * circúmdata va-ri- e-tá-te. ℟. Alle-lú-ia, al-




le-lú- ia, alle-lú-ia.




℣. 3 Audi, fí- li- a, et vide, et inclína aurem tu- am, *


et ob-li-víscere pópu-lum tu-um, et domum patris
tu- i. ℟. Alle-lú- ia, alle-lú- ia.
℣. 4 Et concupíscet Rex decó-rem tu-um: * quóni-
am ipse est Dóminus De- us tu- us, et ado-rábunt
e- um. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.
℣. 5 Et fí- li- æ Ty-ri in muné-ri-bus, * vultum tu-um
depreca-búntur omnes dí-vi-tes plebis. ℟. Allelú- ia,
alle-lú- ia.
℣. 6 Omnis gló-ri- a e- ius fí-li- æ Re-gis ab intus, *




Antiphona ad offertorium



Psalmus 95



℣. 1 *Cantá*-te Dómino cán*ti-cum* **no-** vum: * cantá-te



Dómin*o*, *omnis* **ter-** ra! Ant. Pa-radí-si.

2 *Cantá*te Dómino, et benedícite nó*mini* **ei**us: * annuntiáte de die in diem sa*lutáre* **ei**us. Ant. Paradísi.


3 *Annun*tiáte inter gentes gló*riam* **ei**us * in ómnibus pópulis mira*bília* **ei**us! Ant. Paradísi.

4 *Tólli*te hóstias, et introíte in á*tria* **ei**us: * adoráte Dóminum in átri*o sancto* **ei**us! Ant. Paradísi.


Ad libitum, antiphona ad offertorium Ave María ut in festo Annuntiationis B. Mariæ V., p. 250.

Antiphona ad communionem

VIII G




B e- á-tam me di-cent * omnes gene- ra-ti- ónes,





qui- a fecit mi-hi magna qui po-tens est, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.



℣. 1 *Magní*-fi-cat á-nima me- a **Dó**minum: * et exsultá-





2 *Quia* respéxit humilitátem ancíllæ **su**æ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gener*ati***ó**nes. Ant. Beátam.

3 *Quia* fecit mihi magna qui **po**tens est: * et sanctum *nomen* **ei**us. Ant. Beátam.

4 *Et mi*sericórdia eius a progénie in pro**gé**nies * timén*tibus* **e**um. Ant. Beátam.

5 *Fecit* poténtiam in brácchio **su**o: * dispérsit supérbos mente *cordis* **su**i. Ant. Beátam.

6 *Depó*suit poténtes de **se**de, * et exal*tá*vit **hú**miles. Ant. Beátam.

7 *Esu*riéntes implévit **bo**nis: * et dívites dimí*sit in***á**nes. Ant. Beátam.

8 *Suscé*pit Israël, púerum **su**um, * recordátus misericór*diæ* **su**æ. Ant. Beátam.

9 *Sicut* locútus est ad patres **no**stros, * Abraham, et sémini e*ius in* **sæ**cula. Ant. Beátam.

Glória Patri, p. 393.

Die 8 septembris


In Nativitate B. Mariæ Virginis

Antiphona ad introitum

VII a




Virgo Ma-rí- a, * non est ti-bi sími- lis na-ta




in mundo, in- ter mu-lí- e-res.


Psalmus 45



℣. 1 *De- us* noster re-fú-gi-**um** et **vir**- tus: * adiútor



in tribu-la-ti- ó-nibus, quæ inven**é**runt nos **ni**- mis.



Ant. Virgo. Flexa: **Dó**mi-ni, †

2 *Propté*rea non timébimus, dum tur**bá**bitur **ter**ra, * et transferéntur montes **in** cor **ma**ris. Ant. Virgo.

3 *Sonu*érunt, et turbátæ sunt **a**quæ e**ó**rum: * conturbáti sunt montes in forti**tú**dine **e**ius. Ant. Virgo.

4 *Flúmi*nis ímpetus lætíficat civi**tá**tem **De**i: * sanctificávit tabernáculum **su**um Al**tís**simus. Ant. Virgo.

5 *Deus* in médio eius, non **com**mo**vé**bitur: * adiuvábit eam Deus **ma**ne di**lú**culo. Ant. Virgo.

6 *Contur*bátæ sunt gentes, et incli**ná**ta sunt **re**gna: * dedit vocem suam, **mo**ta est **ter**ra. Ant. Virgo.

7 *Dómi*nus vir**tú**tum no**bís**cum: * suscéptor noster **De**us **Ia**cob. Ant. Virgo.

8 *Vení*te, et vidéte ópera **Dó**mini, † quæ pósuit prodígia **su**per **ter**ram: * áuferens bella usque ad **fi**nem **ter**ræ. Ant. Virgo.

9 *Arcum* cónteret, et con**frín**get **ar**ma, * et scuta com**bú**ret **ig**ni. Ant. Virgo.

10 *Vacá*te et vidéte, quóniam **e**go sum **De**us: * exaltábor in géntibus, et exal**tá**bor in **ter**ra. Ant. Virgo.


Glória Patri, p. 392.

Psalmus responsorius, Alleluia, vel psalmus alleluiaticus ut in festo Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ V., p. 232.


Antiphona ad offertorium Ave María ut in festo Annuntiationis B. Mariæ V., p. 250.

Antiphona ad communionem

VIII G




B e- á-ta es * Virgo Ma-rí- a, quæ ómni- um





portá-sti † cre-a-tórem. T. P. † cre-a-tórem, alle-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.



℣. 1 *Magní*-fi-cat á-nima me- a **Dó**minum: * et exsul-





2 *Quia* respéxit humilitátem ancíllæ **su**æ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gener*atió*nes. Ant. Beáta.

3 *Quia* fecit mihi magna qui **po**tens est: * et sanctum *nomen* **e**ius. Ant. Beáta.

4 *Et mi*sericórdia eius a progénie in pro**gé**nies * timén*tibus* **e**um. Ant. Beáta.

5 *Fecit* poténtiam in brácchio **su**o: * dispérsit supérbos mente *cordis* **sui**. Ant. Beáta.

6 *Depó*suit poténtes de **se**de, * et exal*távit* **hú**miles. Ant. Beáta.

7 *Esu*riéntes implévit **bo**nis: * et dívites dimí*sit in***á**nes. Ant. Beáta.

8 *Suscé*pit Israël, púerum **su**um, * recordátus miseri-cór*diæ* **su**æ. Ant. Beáta.

9 *Sicut* locútus est ad patres **no**stros, * Abraham, et sémini e*ius in* **sæ**cula. Ant. Beáta.


Glória Patri, p. 393.

Die 14 septembris


In Exaltatione sanctæ Crucis

Antiphona ad introitum Nos autem gloriári ut feria V in Cena Domini, p. 94, cum Glória Patri, p. 392.

Psalmus responsorius D I b **Ps. 23**



℣. 1 Quis est iste Rex **gló**-ri- æ? * Dóminus fortis et



po- tens: ℟. Dóminus po-tens in prœ́-li- o.

2 Dómini est terra, et plenitúdo **ei**us: * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in **e**o. ℟. Dóminus.

3 Quia ipse super mária fundávit **e**um: * et super flúmina præparávit **e**um. ℟. Dóminus.

4 Quis ascéndet in montem **Dó**mini? * aut quis stabit in loco sancto **ei**us? ℟. Dóminus.

5 Innocens mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vano ánimam **su**am, * nec iurávit in dolo próximo **su**o. ℟. Dóminus.

6 Hic accípiet benedictiónem a **Dó**mino: * et misericórdiam a Deo, salutári **su**o. ℟. Dóminus.


7 Hæc est generátio quæréntium **e**um, * quæréntium fáciem Dei **Ia**cob. ℟. Dóminus.

8 Attóllite portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portæ æter**ná**les: * et introíbit Rex **gló**riæ. ℟. Dóminus.

9 Quis est iste Rex **gló**riæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex **gló**riæ. ℟. Dóminus.


Alleluia **Ps. 96**

II D




A l-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.




℣. 1 *Dómi*nus regná-vit, exsúltet **terra**: * læténtur ín-




su-*læ* **mul**tæ. Omnes: Allelúia.

2 *Illu*xérunt fúlgura eius orbi **terræ**: * vidit, et commóta *est* **terra**. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** C I **Ps. 96**



℣. 1 Dóminus regnávit, exsúltet **ter-** ra: * læténtur ín-



su-*læ* **mul-** tæ. ℟. Alle- lú-ia, alle-lú-ia.

2 Nubes et calígo in circúitu **eius**: * iustítia et iudícium corréctio *sedis* **eius**. ℟. Allelúia.

3 Ignis ante ipsum **præcédet**, * et inflammábit in circúitu inimí*cos* **eius**. ℟. Allelúia.

4 Illuxérunt fúlgura eius orbi **terræ**: * vidit, et commóta *est* **terra**. ℟. Allelúia.

5 Montes sicut cera fluxérunt a fácie **Dómini**: * a fácie Dómini om*nis* **terra**. ℟. Allelúia.

6 Annuntiavérunt cæli iustítiam **eius**: * et vidérunt omnes pópuli glóri*am* **eius**. ℟. Allelúia.


7 Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem **terram**: * nimis exaltátus es super om*nes* **de**os. ℟. Allelúia.

8 Qui diligitis Dóminum, odíte malum: ’ custódit Dóminus ánimas sanctórum su**ó**rum, * de manu peccatóris liberá*bit* **eos**. ℟. Allelúia.


9 Lux orta est **iusto**, * et rectis corde *læ***tí**tia. ℟. Allelúia.


10 Lætámini, iusti, in **Dómino**: * et confitémini memóriæ sanctificatió*nis* **eius**. ℟. Allelúia.

Antiphona ad offertorium



Psalmus 1





Ant. Sanctum nomen Dómini.


2 *Sed in* lege Dómini **volún**tas **eius**, * et in lege eius meditábitur di*e ac* **nocte**. Ant. Sanctum.

3 *Et e*rit tanquam lignum, quod plantátum est secus de**cúr**sus a**quá**rum, * quod fructum suum dabit in tém*pore* **suo**. Ant. Sanctum.


4 *Et fó*lium **eius** non **dé**fluet: * et ómnia quæcúmque fáciet, pro*spera***bún**tur. Ant. Sanctum.

Antiphona ad communionem

VIII c



Per signum Cru- cis * de in-imí-cis nostris




líbe-ra nos, De- us noster.

Psalmus 2



℣. 1 *Qua-re* fremu- érunt **gen**- tes, * et pópu-li medi-



tá-ti *sunt* *iná*-ni- a? Ant. Per signum.

2 *Asti*térunt reges terræ, et príncipes convenérunt in **unum** * advérsus Dóminum, et advérsus *Christum* **eius**. Ant. Per signum.

3 *Dirum*pámus víncula e**ó**rum: * et proiciámus a nobis iu*gum ip***só**rum. Ant. Per signum.

4 *Qui há*bitat in cælis, irridébit **e**os: * et Dóminus subsan*nábit* **e**os. Ant. Per signum.

5 *Ego* autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum **e**ius, * prædicans præ*céptum* **e**ius. Ant. Per signum.

6 *Dómi*nus dixit **ad** me: * Fílius meus es tu, ego hódie *génu***i** te. Ant. Per signum.

7 *Póstu*la a me, et dabo tibi gentes hereditátem **tu**am, * et possessiónem tuam tér*minos* **ter**ræ. Ant. Per signum.


8 *Serví*te Dómino in ti**mó**re: * et exsultáte ei *cum tre*-**mó**re. Ant. Per signum.

Glória Patri, p. 393.

Die 29 septembris

In Dedicatione Sancti Michaëlis Archangeli

Antiphona ad introitum



Psalmus 137



2 *In con*spéctu Angelórum psallam **ti**bi: * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nó*mini* **tu**o. Ant. Benedícite.

3 *Super* misericórdia tua, et veritáte **tu**a: * quóniam magnificásti super omne, nomen *sanctum* **tu**um. Ant. Benedícite.

4 *In qua*cúmque die invocávero te, ex**áu**di me: * multiplicábis in ánima me*a vir***tú**tem. Ant. Benedícite.

